4° Diss. 3866/39.

~~2238.2.~~

4° Diss. 3866 (39.

Ah.

SIGISMVNDI AVGVSTI WOLFGANG DE HERDER

DISSERTATIO METALLICO-IVRIDICA

DE

IVRE QVADRATVRAE METALLICAE

Vom Rechte der Vierung

Cum tabulis aeneis.

VITEBERGAE ET SERVESTAE

APVD

SAMVELEM GODOFREDVM ZIMMERMANNVM.

1802.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

SVMMO

COLLEGIO METALLICO

FRIBERGENSI

D. D. D.

AVCTOR

SIGISMVNDVS AVGVSTVS WOLFGANG DE HERDER.

CONSPECTVS.

Inſtituti ratio. - - - §. 1.

I. Pars prodromus.

Sectio I.

Variorum telluris metalli-receptaculorum cultu dignorum notiones. §. 2-15.

I. *Variorum ſpecierum metalli-receptaculorum notiones geognoſticae.* §. 3-13.

de ſtratis proprie ſic dictis. - - §. 5.

de ſtratorum molibus. - - §. 6.

de metalli nidis. - - §. 7.

de venis. - - §. 9 et 10.

de venarum molibus. - - §. 11.

de venis cumulatis. - - §. 12.

de metalli-canalibus confuſis. - - §. 13.

II. *Notiones metalli-receptaculorum ſpecialium iuridicae.* §. 14 et 15.

Sectio II.

Iuris metalla fodiendi primae lineae. §. 16-53.

I. *Pauca de natura iuris, quod ei, cui fodiendi metallorum quaerendorum cauſa eorumque elauandorum etiam excoquendorum data eſt facultas, ſiue inueſtito in area metallica, competit.* §. 16.

II. *De mediis ius metallorum quaerendorum acquirendi et conſeruandi.* §. 17-20.

A. *de mediis acquiſitiuis.* - - §. 17-19.

1) *de inuentione et detectione primaria.* §. 17.

2) *de petitione conceſſionis.* - - §. 18.

3) *de conceſſione ſeu confirmatione.* - - §. 19.

B. *de mediis conſeruatiuis.* - - §. 20.

III. *De area metallica conceſſa.* - - §. 21-53.

A. *de area fodinarum.* - - §. 22-51.

a) *de area in longum producta.* - - §. 22-42.

α) *de longitudine areae longae.* - - §. 23-26.

1) *de eius menſura apud maiores vſitata.* §. 23.

2) *de eius menſura recentioris temporis.* §. 24.

3) de areae longae menſuratione ſubdiali. §. 25.
4) de areae longae menſuratione ſubterranea. §. 26.

β) de latitudine areae longae ſiue de quadratura. §. 27-41.
1) de quadratura acceſſoria. §. 28 35.
aa) de eius notione. §. 28.
bb) nonnullae concluſiones. §. 29.
cc) de quadraturae acceſſoriae menſura. §. 30.
dd) de quadraturae acceſſoriae menſuratione. §. 31-34.
αα) de menſuratione quadraturae acceſſoriae venae integrae. §. 32.
ββ) de menſuratione quadraturae venae in fibras disiectae. §. 33 et 34.
2) de quadratura principali. §. 36-40.
aa) de quadraturae principalis fine et fundamento. §. 37.
bb) de quadraturae principalis notione. §. 38.
cc) pauca de directione generali. §. 39.
dd) de quadraturae principalis menſura ac menſuratione. §. 40.
3) de vtriusque quadraturae diſcrimine. §. 41.
γ) de altitudine areae longae. §. 42.

b) de area quadrata. §. 43-50.
α) de longitudine et latitudine areae quadratae. §. 44.
1) de earum menſura. §. 44 et 45.
2) de earum menſuratione. §. 46.

β) de altitudine areae quadratae. §. 47.
1) de altitudine areae quadratae in ſtratis ſpecialibus et ſtratorum molibus ſiue de quadratura ſtratorum. §. 48.
2) de altitudine areae quadratae infinita. §. 49.
3) de altitudine arenae metalliferae conceſſae. §. 50.

c) de quibusdam exceptionibus. §. 51.

B. De area cuniculorum hereditariorum. §. 52 et 53.
de longitudine et altitudine. §. 52.
de quadratura cuniculorum. §. 53.

II. Pars iuridica.

Sectio I.

De natura iuris quadraturae. - §. 54 - 62.
I. *De notione.* - - - §. 54.
II. *De limitibus.* - - - §. 55 - 61.
A. *De generalibus.*
1) *de finibus territorii.* - - §. 56.
2) *de fluminibus hereditariis.* - - §. 57.
B. *De ſpecialibus.* - - - §. 58 - 62.
1) *de iure ſenioratus metallici.* - §. 59.
2) *de iure maioratus metallici.* - - §. 60.
3) *de iure nobilioratus metallici.* - - §. 61.

Sectio II.

De diuiſionibus iuris quadraturae. - §. 63 - 102.
I. *De iure quadraturae metalli - receptaculorum.* §. 64 - 97.
A. *de iure quadraturae principalis.* - - §. 65 - 78.
1) *de notione.* - - - §. 65.
2) *de limitibus.* - - - §. 66.
3) *de iuribus e iure quadraturae principalis deriuandis.* §. 67.
a) *de priuilegio venam retinendi et vindicandi.*
α) *ſi vena ſit integra et*
aa) *ſimul continua* - - §. 68.
bb) *aut discontinua.* - - §. 69.
β) *ſi vena ſit in fibras disiecta.* - §. 70.
de optione ſeu electione fibrarum. §. 71 et 72.
b) *de facultate ius in venam conceſſam, ſi amiſſa ſit, recuperandi.* - - §. 73 et 74.
4) *de obligatione inde oriunda.* - §. 75 et 76.
De iure quadraturae principalis reſpectu inclinationis generalis. - - §. 77.
De iure quadraturae principalis propter foſſas in ſuperficie terrae actas - - §. 78.
B. *De iure quadraturae acceſſoriae.* - §. 79 - 97.
1) *de notione.* - - - §. 79.
2) *de limitibus.* - - - §. 80.
3) *de iuribus e iure quadraturae acceſſoriae oriundis.* §. 81 - 92.

a) ius operum inſtituendorum. - - §. 82.
b) - exſecandi interuenium. - - §. 83.
c) - eruendi metalla. - - §. 84.
Iuris metalli-receptacula in quadratura acceſſoria obuia exſecandi breuis adumbratio. §. 85-91.
α) in fibris. - - §. 86.
β) in venis venuliſque comitibus. - ibid.
γ) in venis concurrentibus. - - ibid.
δ) in venis concurrentibus et conſociatis. §. 87.
ε) in venis ſibi inuicem vicinis. - ibid.
De amiſſione ipſius ſpatii quadraturae. §. 88.
De iuris prioritate alternante. - §. 89.
De menſuratione partis venae amiſſae poſterioris. §. 90 et 91.
d) ius fructus ciuiles percipiendi. - - §. 92.
4) de obligationibus inde exoriundis. - §. 93.
a) de obligationibus erga cunicularium hereditarium. §. 94-96.
b) de obligatione in hypothecis. - - §. 97.
II. *De iure quadraturae cuniculorum hereditariorum.* §. 98-103.
A. de notione. - - - - §. 98.
B. de limitibus. - - - §. 99.
1) ſi cuniculi hereditarii cum metalli-receptaculis conceſſis concurrunt. - - §. 100.
2) ſi ipſi cuniculi hereditarii concurrunt. §. 101.
a) de prioritate temporis petitionis. - - ibid.
b) de prioritate operis perfecti. - - ibid.
C. de iuribus e quadratura cuniculorum exoriundis. §. 102.
D. de obligationibus. - - §. 103.

Sectio III.

De modo ius quadraturae in iudicio perſequendi. §. 104-121.
De actionis inſtitutione. - - §. 105.
De ſequeſtro. - - - §. 106.
Forma ſequeſtri. - - - §. 107.
De mandato labores prohibente. - - - §. 108.
Media omiſſionem laborum efficiendi. - §. 109.
De probatione. - - §. 110-118.
De reprobatione. - - §. 119.
De ſententia. - - - §. 120.
De executione. - - §. 121.

INSTITVTI RATIO.

§. 1.

Scio equidem, quam difficile atque arduum ſuſceptu ſit, bene dicere de iure metallico, quippe quod prae ceteris iuris ſcientiae partibus perpaucos tantummodo cultores et amplificatores nactum eſt, neque illius fontes, e quibus argumenta haurienda ſunt, ad decidendum ſufficiunt. Quin etiam ſtudium metallurgiae, quod non immerito aſperrimum dicas, difficultates excolendi iuris metallici maxumopere auget, quia quam arctiſſime, vt opinor, haec eadem ſtudia cohaerent, neque ius, propter metallorum inueſtigationem introductum, vllo modo tractari poteſt, niſi ex aliqua parte ſcrutantium terrae theſauros artibus imbutus ſis. Praeterea ſermo, quo vtuntur metallurgi, verbis quamuis ex lingua patria petitis, ſubobſcurus tamen eſt; idemque vel ſolus multos deterrere poteſt, vt initiari his ſeſe myſteriis nolint.

Mihi vero, cui ſtudium metallurgiae inde a multis annis arriſit, ita, vt in ea arte cognoſcenda multam magnamque adhibuerim curam, quum deinde ad iuris me applicuiſſem ſtudium, nihil magis fuit cordi, quam, vt, quae ad iura in iſtis rebus adplicanda pertinent, addiſcerem. Quamobrem, cum opportuna ſe mihi obtulit occaſio in publicum prodeundi atque indies magis magisque animus accenſus eſt cupidine nonnullorum Eximiorum Virorum, quos ex animo veneror, capiun-

di fauoris, multa mecum animo agitans, de quanam materia ſit ſcribendum, conſilium cepi, eligendi aliquam ex iure metallico Germanico, atque ex ingenti argumentorum huiuscemodi generis copia tale depromendi, quod dignum videri indagatu pariter ac publice propoſitu poſſit. Itaque de iure quadraturae metallicae, quantum vires permittunt, agere apud animum conſtitui. Namque id ius imprimis ego memorabile exiſtimo, crebro, ſi metallifodinae miſcentur, ambiguum, dein, conſequentia deciſionis, grauiſſimum. Sed operam meam vtilius collocatam puto, ſi, vti res ipſa poſtulare videtur, prius, quam eius rei initium expedio, paucis, quae ſint diuerſorum metalli-receptaculorum, quae in tellure inueniuntur, effoſſione dignorum (der bauwürdigen Foſſilien-Lagerſtätten) notiones, ac, iuris realis metallici ſubterranei, priuatis concedendi, qui ſit modus ac ratio, in parte aliqua prodromo docuero, ſique, quo res clarius pateat, tabulas aeneas, ad quas intuendas inter legendum remitto, adiunxero. Poſtremo, vt ad hoc de iuris quadraturae metallicae fontibus et ambitu verba iniiciam, id videtur monendum, me potiſſimum quidem ad ius metallicum Saxonicum, ad alias tamen ſimul Germanicarum prouinciarum leges metallicas reſpexiſſe ita, vt nihilominus argumentorum, in quibus diuerſae inter ſe diſcrepant, rationem haberem. Summa denique, qua potui, ope, quamuis, quo rem penitus exhauriam, niſum me eſſe exiſtimem: Vos tamen, qui me melius ea negotia cognoſcitis, maxumopere rogo, vt ignoſcatis, ſi exſpectationi Vestrae minus ſatisfecero.

I.

PARS PRODROMVS.

PARS PRODROMVS.

Sectio I.

Variorum telluris metalli — receptaculorum cultu dignorum notiones.

§. 2.

In metalli-receptaculis, quae, vt ibi metalla quaerantur, digna ſunt, (bauwürdige Foſſilien-Lagerſtätten), deſcribendis, quum illa ex duplici conſideranda ſint ratione, duplicem omnino definitionem admittunt: alteram, quae in doctrina de geognoſia, alteram, quae in iure metallico fundata eſt. Nam illius quidem definitiones ex vniuerſo et ad diſciplinae formam ordinato complexu notarum, quibus metalli-receptacula pro diuerſa ſua natura et agnoſcuntur et diſcernuntur, deſcendunt. Huius vero definitiones ad quaedam diſcrimina geometrica, quae facilius illis in ſenſus incurrunt, reuocatae ſunt. De vtroque genere breuiter ſum commentaturus.

I. *Variarum ſpecierum metalli-receptaculorum notiones geognoſticae.* [1]

§. 3.

Omnia ſaxis in infinitum telluris depreſſis inſita metalli-receptacula, ſecundum Wernervm in duo genera diſpeſcuntur, quorum alterum

1) Sequor hic Wernervm, diſciplinae mineralogicae parentem et anteſignanum, praeceptorem et fautorem, ſumma pietate colendum, qui pri-

metalli-receptacula cum generatione ſaxorum, quibus includuntur, coaeua, alterum, quae ſerius, quam illa, orta ſunt, amplectitur.

§. 4.

Ad illud pertinent *ſtrata ſpecialia*, ſiue proprie ſic dicta, (Lager, Flöße, Bänke) [2] *ſtratorum moles* (liegende Stöcke, Fälle) *et metallorum nidus* (Nieren und Neſter). Quae omnia ſunt tractus ſubterranei, magis vel minus extenſi, cum ſaxorum ſtratis generalibus (Gebirgsſchichten), aliis ſuper alia impoſitis, aequalem in ordinem, et potiſſimum quidem horizontalem locati atque poſiti, nec non rebus foſſilibus, a lapide fundante et tegente (vom Dach- und Sohlengeſtein) diuerſis, impleti. Eorum vero diſcrimen ſola forma atque menſura nititur.

mus totam de cognitione ſubterraneorum doctrinam, antea magna caligine obfuſam, in paratiſſimum ſyſtema coëgit, inque lucem clariſſimam collocauit. Quas ſuas ſententias in praelectionibus, quibus et ego, de quo toto pectore laetor, interfui, Fribergae exponere ſolet. Vnam earum partem in libro praeſtantiſſimo: Neue Theorie von der Entſtehung der Gänge, Freyberg 1791. iam olim cum orbe erudito communicauit.

2) Quamquam haec tria nomina vnam eandemque ſpeciem ſignificant, cuique tamen eorum ſimul deſignatio generis montium, ad quod pertinet, ineſt. *Strata ſpecialia* enim montium primariorum et ſecundariorum (Ur- und Uebergangs-Gebirge) dicuntur Lager, montium tertiariorum (Flötz-Gebirge) audiunt Flötze, et ſtrata ſpecialia eiusmodi montium tractuum, qui inundationum vi exorti ſunt, (aufgeſchwemmte Gebirge) adpellantur Bänke.

§. 5.

De ſtratis, proprie ſic dictis.

(Von den Lagern.)

Stratorum in ſpecie ita nominandorum forma tabularis exſtat, quoniam ampliſſime in longitudinem et latitudinem expanduntur, craſſities vero eſt rara. Atque dum eadem ſtratura (Schichtung), vti ſaxa tecti et fundamenti, in quae nonnunquam gradatim transeunt, longe lateque ſerpunt, eandem quoque, quam haec, directionem eandemque inclinationem acceperunt. Ita potiſſimum in horizontalem lineam, rarius oblique dilatantur, rariſſime vero erecta inueniuntur (ſie richten ſich auf). Quod vbi acciderit, ſemper, quum vlterius deſcendunt, ad conſuetum ſitum redeunt. Interdum ſunt gibba, (ſie machen einen Buckel) vel alveata, (ſie machen eine Mulde) vel ſinuata et inflexa. Ac licet in ambitum ſeſe nonnumquam extendant, tamen haud raro fieri ſolet, vt deſinant (ſie keilen ſich aus) iterumque incipiant, (ſie legen ſich an) et ſenſim ſenſimque in altitudinem creſcant. Immo interdum tantopere tumeſcunt, vt totam montis partem metalliferam, quae ein Stück Gebirge audit, conſtituant. Nunquam tamen vnum ſtratum per alterum aut in fibras diſpeſcitur, (zertrümmert) aut ſecatur, (durchſetzt) verum ſolo ſitu inuicem ſibi adpropinquantur, ac, dum interſtratum (Gebirgskeil) in lateribus definit, haec ſtrata fiunt contigua. Per venas tamen, venulas et commiſſuras, quae tunc Wechſel ſ. Rücken vocantur, ſecari et vna ex parte eleuari, ex altera vero in profundum deprimi ſaepiſſime ſolent (das Flötz macht Sprünge). Poſtremo et hoc commemorandum eſt, ſtrata *arenae metalliſerae*, Seiffen, minus ordinatim diſpoſita eſſe.

§. 6.

De ſtratorum molibus.

(Von den liegenden Stöcken.)

A ſtrato proprie ſic dicto ſtrati moles in eo differt, quod minus haec atque illud in longitudinem et latitudinem diuertit, ſed, ſi ad altitudinem reſpicias, craſſitudine ampliori gaudet. Nihilo tamen ſecius plerumque tabularem formam induit, et montis ſtraturam ſequitur. Quod quidem, ſi ſtrati moles tenuis eſt, a metallariis nomine ein Fall inſignitur.

§. 7.

De metalli nidis.

(Von den Nieren und Neſtern.)

Nidi ſunt fruſta metalli in ſaxis diſperſa. Qui, quamuis parui ſint, tamen a metallurgis haud contemnuntur, ſiquidem plerumque frequentiores intra ſpatium non adeo magnum inueniuntur, vt operae pretium ſit, eosdem ſecturis eruere.

§. 8.

Ad metalli - receptacula alterius generis, ſcilicet ad ea, quae poſt ſaxa includentia nata ſunt, pertinent *venae* (Gänge), *venarum moles* (ſtehende Stöcke), *venae cumulatae* (Stockwerke), et *metalli - canales confuſi et tortuoſi* (Puzenwerke). Quae quidem omnia ſunt ſaxorum fiſſu-

rae atque hiatus, rebus foſſilibus, a circumambiente ſaxo (Nebengeſtein) plerumque diuerſis, ex interuallo atque deſuper repleti. Diſcrimen autem, quod inter diuerſas huius generis ſpecies intercedit, vti in primi generis metalli - receptaculis, circa ſolam formam atque menſuram verſatur.

§. 9.

De venis. 3)

(Von den Gängen.)

Vberius hiſce de metalli - receptaculis commemorare ideo mihi propoſitum habeo, quum, quia prae ceteris receptaculis frequentius inueniuntur, cultuque digniſſima ſunt, tum vero, quod inprimis circa venas de iure quadraturae ambigitur. Adpellantur autem *venae* (Gänge) eae ſaxi fiſſurae rebus foſſilibus deſuper repletae, quae potiſſimum in longitudinem et altitudinem, minus vero in latitudinem ſeſe extendunt. Atque ad hunc ordinem merito ſimul accenſentur *fibrae* (Trümer), *venulae* (ausgefüllte Klüfte, vti Erzklüfte, Schmeerklüfte) et *commiſſurae*, (dürre Klüfte). *Fibrae* vero nihil aliud ſunt, quam fiſſurae foſſilibus repletae minores et acceſſoriae, quae e venis principalibus, (den Hauptgängen) in ſaxa ad latera ſita, prorumpunt, ſaepiſſime vero ad eas

3) Praeter egregium Werneri librum citatum, de natura metalli-receptaculorum imprimis venarum euoluendi ſunt libri maxumopere probandi: von Oppel Anleitung zur Markſcheidekunſt, Dresd. 1749. 4to. Hauptſt. 2. Eiusd. Bericht vom Bergbau, Freyberg 1769. 4. §. 29 : 82. Joh. Fr. W. von Charpentier mineralog. Geographie der Churſächſ. Lande, mit Kupf. Lpz. 1778. 4. et denique Erfahrungen vom Innern der Gebirge, nach Beobachtungen geſammelt u. herausgeg. von F. W. H. von Trebra, Deſſau u. Lpz. 1785. Fol. quo quidem hac in re nihil habes ornatius.

regrediuntur. *Venulae* deinde ſunt venae anguſtiſſimae, et quas denique *commiſſuras* vocant, eae ſunt tenuiſſimae fiſſurae vacuae, ſaxis hinc et illinc, alibi crebro, alibi raro disruptis, ortae. Verum enim vero, quoniam fibrae, venulae et commiſſurae pariter, atque venae ſunt ſaxi fiſſurae, ad eas omnes vtiliter rationes referendae ſunt, quae in vniverſum de corporum fiſſuris rimisque animaduertuntur. Quod ſi igitur de venarum natura tantummodo commentabor, facillimum erit intellectu, qualis fibrarum ſit natura venularum et commiſſurarum. Quod itaque primo attinet ad menſuram, longitudo et altitudo venarum plerumque pari paſſu ambulant; latitudo (Mächtigkeit) e contrario minoris momenti eſſe ſolet. Quapropter cunctae venae corpora tabularia repraeſentant, eoque reſpectu, ſtratis in ſpecie ita dictis, ſi ab horizontali linea diſcedas, haud diſſimiles ſunt aeſtumandae. Venarum latitudo, quae ad maximum in aliquot orgyias (Lachter) creſcit, longitudini et altitudini, quae in centenas, quin in mille orgyias ſe extendunt, ſemper certum, et eum quidem in modum reſpondet, vt latiſſimae venae ſimul ſint longiſſimae profundiſſimaeque, venae tenues vero paruarum modo orgyiarum ſpatio inter ſaxa abſoluantur (ſie führen einen kurzen Strich). Sed quia latitudo iſtorum metalli - receptaculorum tam varia eſt, nemo quidem dubitabit, quin a commiſſuris vsque ad venas latiſſimas graduum numerus, qui verbis exprimi nequit, quum latitudinis, tum longitudinis, tum quoque altitudinis reperiatur.

Quaelibet autem vena binis latioribus planis, quas (Saalbänder) cruſtas ſeu cortices vocant, coërcita et plerumque lamellis argillaceis (dem Beſteg) tam a tecto, ſiue *parte pendente* (dem hangenden), quo nomine intelligitur ſaxum, quod, veluti tegumentum, venae ſurſum incumbit,

quam

quam a fundamento ſiue *parte iacente* (dem liegenden), ſaxo nimirum, in quod vena deorſum recumbit, diremta eſt. Vena autem incipit (der Gang legt ſich an), creſcit ſenſim ſenſimque in latitudinem (er thut ſich auf), et nonnunquam quaſi in ventris formam extuberat (er wirft einen Bauch). Porro, vena caput ſuum, et quidem vel integra ſua latitudine, vel per ſolam commiſſuram modo vsque in terrae ſuperficiem effert, (er ſetzt bis zu Tage aus), modo vsque ad ceſpites non porrigit, (er iſt untergekrochen), et priori quidem in caſu caput (das Ausgehende), nunc per montis deuexum, nunc per montis aut campi planitiem fert; deſcendit etiam in vallem, ac perreptat ſub fluminis alueo, rurſusque per accliuem oppoſiti montis partem adſcendit, vbi oppoſita venae pars nomen venae aduerſae (Gegentrum) adipiſcitur. Vena amplius, diuerſa inclinatione (das Fallen), montis ſtraturas permeans, in profundum deſcendit (er ſetzt in die Teufe), vel recta (ſeiger), vel oblique vel aeque (flach, tonnlegig) vel, quod tamen rariſſime accidit, ipſa pendet (ſchwebend).[4] Interdum, dum labitur vel deſcendit, ſimul ſitum mutat, et nunc obliquior ſeſe praecipitat (er ſtürzt ſich), nunc ſeſe erigit (er richtet ſich auf), nunc in contrariam partem reflectitur (er fällt widerſinnig).

§. 10.

Continuatio.

Praeterea venarum diſcrimen occurrit in directione (dem Streichen), qua ſecundum mundi plagas procedunt. Namque vena eſt vel *recta* (ein

4) Secundum definitiones metallico-geometricas, ad venas erectas ſiue perpendiculares, numerantur eae, quarum inclinatio ad horizontem non eſt infra 75 gradus, ad obliquas, quarum inclinatio eſt intra 75 et 45 gradus, ad aequas, quarum inclinatio eſt intra 45 et 15 grad. et ad pendentes denique, quarum eſt infra 15 grad. vid. v. Oppel l. c. p. 20. §. 74.

ſtehender Gang), cuius linea directionis cadit intra horas 5) 12 et 3, vel *porrecta* (flacher Gang), quae dirigitur intra horas 9 et 12, vel *ſerotina* (Spatgang), quae vertitur intra arcum horarum 6 - 9, vel *matutina* (Morgengang), quae intra horas 3 et 6 continetur. Vena autem, plerumque quidem ſub linea recta, vnam eandemque directionem ſequitur, interdum tamen eam mutat (der Gang gewinnt ein ander Streichen ſiue er kommt aus ſeiner Stunde), imo nonnunquam curuatur (er wirft einen Haken). Dum vero vena ſaxa peruagatur, aliquando, rariſſime tamen, in commiſſuras ſtraturae (Schichtungs- ſiue Flötz-Klüfte), ſeſe recipit (er macht einen Fall). Caeterum venae natura haec etiam eſt, vt paullatim contractior fiat (er ſpitzt ſich zu), plane deſinat (er keilt ſich aus), aut in duas (er gabelt ſich), vel in plures fibras abeat (er zertrümmert ſich). Quae quidem fibrae denuo vel ſingulae deſinunt, vel in venam vnam rurſus coniunguntur (die Trümmer orten ſich wieder zum Hauptgang). Alius naturalis euentus hic eſt, quod venae tam in iacente, quam in pendente, fibrarum agmine ſtipatae eſſe, et venulas comites (Gefehrten) habere ſolent. Fibrarum vero aliae rectae ſunt, aliae obliquae; hic diuaricant, ibi decuſſatim fluunt, et mox paulum incuruatae, varieque inclinatae; modo e vena principali, tanquam rami e trunco, diffunduntur, atque vel tranſuertuntur, vel rurſus cum vena principali coniunguntur. Quae cum fiant, neceſſario interuenia ſiue in-

5) Horae (Stunden) ſunt partes viceſimae quartae compaſſi metallariorum (Berg-Compaß), ſiue circuli, qui in pyxide acum magneticam cingit. Et quaelibet pars horaria iterum in octo minutias diuiditur. Horae 9 - 12 et 12 - 3 circa meridianam lineam, vtrinque poſitae, vel in Septemtriones vel in meridiem ſpectant; quae autem ſunt prope puncta orientis vel occidentis ſolis vtrinque collocatae, 3 - 6 et 6 - 9, vel ad orientem ſolem, vel ad ſolis occaſum vergunt.

termedia inter fibras ſpatia ſingula, ſaxorum voluminibus repleta, relinquuntur, quae ſaxa inter ſe ſeparata cuneos et fragmina interuenii (Wände, Gebirgskeile et Steinſchaalen) adpellant. Venae ipſae poſtremo alio loco quodam parallelismo in ſaxis iuxta ac aeque procedunt, alio, dum huc illuc peruagantur, concurrunt, in quo concurſu diſcrimina, memoratu digniſſima, obſeruari licet. Namque tum vena ad venam oblique accedit (der Gang ſchaart ſich an den andern an), et coniunctim cum illa continue vlterius fertur (er ſchleppt ſich), quamquam interdum rurſus disiunguntur (ſie gehen aus einander); tum alia aliam ſecat et diffindit (es durchſetzt einer den andern), aut e transuerſo (Winkelkreuzweiſe), aut ex obliquo (Schaarkreuzweiſe); aliquando alia aliam de via ſua detrudit (er verſchiebt ihn), ita, vt illa permeatu ſuo hanc aut in pendentem aut in iacentem partem transferat (er verwirft ihn ins Hangende oder Liegende). Ita alia quoque ad aliam in profundo vergit (er fällt ihm zu), alia vero aliam lapſu permeat (er durchfällt ihn); alia vero alius incumbit tecto (er ſetzt ſich auf); alia item aliam in arctius cogit, et compreſſione ſua finit (er verdrückt ihn); alia e contrario aliam abſcindit (er ſchneidet ihn ab), alia tandem aliam in fibras disiicit (er zerſchlägt ihn). Quodſi vero plures venae magna frequentia inſigniue numero concurrunt, manifeſta diſcrimina in modo coëundi animaduerti plane nequeunt. Multo enim magis venae inter ſe implicantur et intricantur (ſie rammeln ſich). Poſtremo venae venulaeque nonnunquam ita congregatae et in agmen coactae ſunt, vt per ſatis longum ſpatium, directione quadam certa eaque ſaltem praecipua eadem manente, iunctae viam ſuam continuent, quam venarum multitudinem, quae medium tenet inter venas proprie ſic dictas et venas cumulatas, venarum congregatarum tractum (einen Gangzug) noſtri adpellant metallarii.

§. 11.

De venarum molibus.

(Von den ſtehenden Stöcken.)

Venarum moles a venis, ſtricte ſic dictis, ita differunt, vt non ſolum habeant formam cunei, in ſaxi hiatum, potiſſimum recta, depreſſi, verum etiam venis ſint multo latiores, earumque latitudo hac de cauſa a longitudine et altitudine parum exſuperetur. Nam, dum venae moles in capite latiſſima in profundum deſcendit, dumque ſecundum directionem ſuam procedit, ſenſim ſenſimque contrahitur atque deſinit. Praeterea, quicquid de venis fuſius commemoraui, id de venarum quoque molibus eadem ratione intelligendum eſt.

§. 12.

De venis cumulatis.

(Von den Stockwerken.)

Venae cumulatae ſunt ampla ſaxorum ſpatia, venulis cuiuslibet directionis denſiſſimoque in agmine permixta, eumque in modum his imbuta, vt penitus metallorum ſint praegnantia. Tametſi vero, vti iam ex earum natura patet, certa definitaque forma carent, tamen ſecundum exempla ea, quae fodiendo detecta ſunt, hoc contendere licet, eas plerumque in formam coni inuerſi ad latera extuberantis rectaque deſcendentis eſſe collectas. Latitudo enim et longitudo venae cumulatae ſemper fere ſibi ſunt aequales, minuuntur vero gradatim, quo altius vena cumulata deſcendit.

§. 13.

De metalli canalibus confuſis.

(Von den Puzenwerken.)

Qui claram *metalli canalium confuſorum* ſpeciem in animo ſuo ſibi effingere velit, rem in hunc modum cogitet, neceſſe eſt. Saxa nimirum vbi primo rimas atque hiatus egerant, ruinis collapſa erant, et, quum corruiſſent, reliquerant interſtitia ſiue canales informes, qui modo lati, modo anguſti, nunc alti, nunc depreſſi, tenuiſſimis commiſſuris cohaerentes, rebus foſſilibus deſuper poſtea repleti, tortuoſis voluminibus, ſpeluncarum more, confuſi per ſaxa errant.

II. *Notiones metalli-receptaculorum ſpecialium metallico-iuridicae.*

§. 14.

Quoniam iurisprudentiae metallicae eſt, ius variorum metalli-receptaculorum, rogantibus concedendum, quam accuratiſſime circumſcribere, ea, in definiendis metalli-receptaculis, non diſcrimina geognoſtica, ſed tantum mathematica ſequitur: partim, quod haec non ſolum multo clarius in oculos incurrunt, quam notae geognoſticae, vt propterea quoque rarius lites exoriundae ſint, ſed etiam ab antiquiſſimis iam temporibus, ex quibus ius metallicum repetendum eſt, obſeruata ſunt; partim, quoniam iis ipſe modus ac ratio areae fodinarum (Grubenfeld) concedendae et dimetiendae nititur.

§. 15.

Itaque *venae* ſenſu metallico-iuridico ſunt metalli-receptacula tabularia, quorum inclinatio ab horizontali linea non diſtat infra 20 circuli gradus, ſiue ſint verae venae, ſiue vera ſtrata ſpecialia. *Strata ſpecialia* contra, ſiue venae pendentes (Flöße, ſchwebende Gänge), ſunt ea metalli-receptacula tabularia, quae infra 20 gradus ſeſe dilatant. 6) Ad *venas cumulatas* porro referuntur ea metalli-receptacula in profundum deſcendentia, quorum latitudo 7 orgyias exſuperat, et quae minus in longitudinem ſe extendunt (woran man kein Streichen in die Länge erkennen kann). 7) *Fibra* denique vt pro vera habenda ſit, atque hac eadem de

6) vid. Abraham v. Schönberg ausführl. Berg-Inform. P. 1. p. 31. §. 47. et P. 2. p. 37. ſ. v. Ganges Streichen. Roessleri ſpec. metallurg. politiſſ. oder: Hellpolirter Bergbau-Spiegel, libr. I. c. 9. §. 5. Voigtelii geometria ſubterranea, part. 9. §. 2. n. 3. et Weidleri inſtitut. geom. ſubterr. defin. XXIII. pag. 84. Ab hac ſententia diſcedit conſuetudo praefecturae metallicae Eibenſtockienſis. Ibi enim ad venas referuntur ea metalli-receptacula tabularia, quorum inclinatio ad horizontem non eſt ſupra 12 gradus, ad ſtrata ſpecialia autem, quae infra 12 gradus ſeſe dilatant. Teſt. Herttwich. in ſuo Bergbuch, ſ. v. Flöß, §. 6. — Alii iuris metallici conſulti gradum inclinationis decimum pro eo ſumunt, qui diſcrimen inter venas et ſtrata determinat. vid. Herttwich. l. c. Poſtremo generoſiſſimus Oppelius, Vir ſummae autoritatis, diſcrimen inter venas et ſtrata ad gradum 15 reuocandum eſſe ſtatuit, in Bericht vom Bergbau, p. 20. §. 74. et in Eiusd. Anleit. zur Markſcheidekunſt, §. 596. pag. 255. Cui quidem ſententiae, tanquam mediae, et ego lubenter accedo.

7) vid. von Schönberg Berg-Information, P. 2. p. 91. ſ. v. Stockwerk, et Roessler hellpolirter Bergbau-Spiegel, in ind. ſ. e. v. von Oppel Markſcheidekunſt, §. 604-606.

cauſa iura ſingularia ei competant, ante omnia manifeſto ex vena principali deſcendere debet. 8)

Sect. II.

IVRIS, METALLA FODIENDI, PRIMAE LINEAE.

I. *Pauca, de natura iuris, quod ei, cui fodiendi metallorum quaerendorum cauſa, eorumque elauandorum, etiam excoquendorum data eſt facultas, ſiue inueſtito,* 9) *in area metallica competit.*

§. 16.

Nemo fere in dubium vocabit, ei ius reale competere in area, cui in hac ipſa facultas metalla quaerendi eaque excoquendi eſt conceſſa. 10) Aſt

8) von Schönberg Berg-Information, part. 1. p. 3. §. 6. et pag. 33. §. 53. Bergrechtsſpiegel, part. 2. c. 28. §. 3. Hengſt. Zien-Bergordn. art. 35. §. 3. Bergbau-Spiegel, l. 4. c. 4. §. 13. Minus recte, vt opinor, de notione *fibrae* diſſeruit Zimmermannvs in Oberſächſ. Bergakad. Dresd. u. Lpz. 1746. 4. St. III. p. 280, licet, quod ad reliquas attinet, quas ibi expoſuit, ſententias, plane cum eo conſentiam.

9) Feudale hoc vocabulum non incommode exiſtimo in ius metallicum transferri. Nam alias multas voces ad ius feudorum pertinentes non ſolum, ſed notiones etiam, quae iſtis exprimuntur, ius metallicum debere indoli, ſiue, vt ſolet appellari, ſyſtemati feudali videtur, veluti ein Lehn, muthen, Friſten, aufläßig, Lehnträger, verleihen ꝛc. Quo etiam referenda nonnulla ſingularia iura, feudalibus ſimilia, veluti priuilegium debitorum metallicorum, amiſſio iuris ex omiſſione exercitii, et

magna eſt inter doctos contentio, vtrum huius iuris conceſſio ſit ſpecies vſusfructus, an feudi, imo ſuperficiei. Ego vero, quia opus non eſt, vt, quae ad refutandas has ſententias faciunt, exponam, hoc omitto eo magis, quo aptius hanc, quamuis inutilem controuerſiam, ſub praeſidio D. Trilleri, latius olim des Champs [11] publico ſcripto iam perſecutus eſt. Sane, cum area conceſſa nequeat locari, [12] neque labores in ea neceſſarii per perſonas ex libera voluntate electas peragi poſſint, hoc quoque ius exſpiret, ſi metalla in data area non amplius inueniuntur, perſuaſus ſum, ius, de quo loquor, dominium vtile non eſſe, ſed rectius ius ſpeciale nominari debere, et ad priuilegia pertinere. [13]

II. *De mediis, ius metallorum quaerendorum acquirendi et conſeruandi.* [14]

A. *De mediis acquiſitiuis.*

§. 17.

1) *De inuentione et detectione primaria.*

(Von der erſten Findung und Entblöſung.) [15]

Quamuis omnes, qui, vi ſchedulae ſcrutatoriae (Schurfzeddel), metalla quaerunt, aequale ius habeant, et aequali libertate gaudeant, illa ſcru-

quae ſunt alia. Quidam tamen, quem ego nominaui inueſtitum, conceſſionarium adpellabant.

10) Hoc quoque patet ex mandato regio: Wie bey entſtehenden Streitigkeiten in Bergſachen zu procediren, d. a. 1713. §. 2.

11) des Champs diſſert. de quibusd. iur. metall. capit. Viteb. 1783.

12) Sächſ. Berg-Ordn. d. a. 1589. art. 25.

13) Ita quoque ſentit auct. laudat.

14) Cum iuris metallici interpretes excellentiſſimi: Diezivs (in diſſert. de iure ſeniorat. metall. Erford. 1727. c. II. §. 1 - 11.) Koehlervs (in Verſ.

einer

tandi (ſchürfen),[16] ei tamen, qui metalli-receptaculum primo inuenit atque detegit, ſtatim ius praerogatiuae, nimirum ius ipſum inuentionis (das Fundrecht) enaſcitur: vi cuius inuentori illico fodina primaria (eine Fundgrube) in eo receptaculo competit,[17] quae nulli alii concedi debet. Fodinae ſecundariae (die Maaßen) vero inuentori ex iſto iure quaeſito tacite non competunt, ſed primo petitori (dem erſten Muther) addicuntur. Quam ob cauſam inuentor caueat, neceſſe eſt, ne, petitione tam ipſius fodinae primariae quam fodinarum ſecundariarum ab eo negle-

einer Anleit. zu den Rechten und der Verf. bey dem Bergbau in Churſachſen, Abſchn. 1. cap. VI.) et DE WAGNER (über die Churſächſ. Bergwerksverf. Leipz. 1787. XI. et XII.) iam ſatis prolixe hisce de capitibus commentati ſint, eo breuius ea, atque in vmbra modo, prouti ad hanc materiam quadrare videntur, mihi delineanda ſumo.

15) vid. DIEZIVS l. l. §. 3 et 4.

16) Berg-Ordn. Churf. Chriſtian zu Sachßen, d. a. 1589. art. II. Begnadung. von nauen erſchürften Gängen. Churf. Joh. Georg Berg-Decr. d. a. 1624. §. 8. Churfl. Sächſ. Zienn-Bergordn. zum Eibenſt. d. a. 1615. art. 37. Bergrechts-Spiegel, part. 2. cap. 1 §. 1. HERTTWICHII Bergbuch, ſ. v. ſchürffen, §. 1.

17) Appendix der Bergwerksgebräuche in Joachimsth. ad part. 2. art. 2. § 3. Conſ. Braunſchw. Bergordn. part. 2. art. 1. Magdeburg. Bergordn. c. 2. §. 4. Schleſiſche Bergordn. cap. 2 §. 4. Cleviſche Bergordn. c. 1. §. 4. Chur-Cölln. Bergordn. part. 3. art. 1. Naſſauiſche Bergordn. art. 12. et al. Hoc vero non ſolum circa venas, ſed etiam circa ſtrata valere, docet Neue Bergordn. des Eislebiſch- u. Mannsfeld. Bergwerks d. a. 1673. art. 18. Vom Schürffen und Einſchlagen. Wer auch einen neuen Gang oder mit dem Schacht Schiefer entblöſen wird, der ſoll der erſte Finder seyn, und des erſten Finders Recht, nämlich ein ganz Lehn vor denen, die bereits die umliegenden vor ihm auffgenommen hätten, behalten.

ſta, 18) alius quiſpiam eum praeueniat et a magiſtro metallorum fodinas ſecundarias petat, quoniam ipſum ius inuentionis, quod quidem haudquaquam prima inuentione vel deteſtione ipſius aeris, ſed tantum inuentione et deteſtione metalli-receptaculi nititur, 19) ratione fodinae primariae, primo inuentori competentis, amittitur, quando hic foſſam actam per tres dies laboribus non proſecutus (wenn der Schurff drey Tage lang ohne Arbeit gelegen), atque ea per iuratum, tribus conſcenſionibus antecedentibus, deſerta declarata ſit (frey gefahren), 20) quum inuentor iuri ſuo hac deſidia tacite renuntiaſſe credatur. Quod attinet ad inuentionem et deteſtionem primariam, perfoſſionibus (durch Ueberfahren) factam, non ſolum aeque inuentori fodina primaria, 21) ſed etiam ius deliberandi, poſtea deſcribendum, competit. In qua cauſa tamen inter *cunicularium hereditarium* (den Erbſtöllner) et *fodinarium* (den Fundgrübner und Maaßner) diſtinguendum eſt. Ille, vi iuris inuentionis, habet praerogatiuam hanc, aut venam perfoſſam non prius petendi, quam ſi 14 orgyias in ea progreſſus ſit, aut, ſi apud magiſtrum metallorum petitio venae ab alio quodam facta eſt, ius deliberandi intra ſpatium 14 dierum, an conceſſionem venae, quam fodiens attigit, petere velit, nec ne. Quo quidem in caſu metallorum

18) Bergrechts-Spiegel, part. 2 cap. 2. §. 2. SPANII 600 Bergurthel, tit. I. vom Schürffen u. Einſchlagen, §. 1. in fine.

19) Sententia ſcabinatus metallici Fribergenſis in cauſa fodinarum Clausthalienſium Gabe Gottes contra grüne Hirſch a. 1689 lata in HERTTWICH. Bergbuch ſ. v. Fund. §. 17.

20) Berg-Rechts-Spiegel l. c.

21) Probatur hoc ſententia ſcabinatus Friberg. d. a. 1694. in HERTTWICH. Bergbuch ſ. v. Muther und Lehnträger §. 1. p. 280.

magiſter conceſſionem ab alio petitam per id ſpatium differre debet.[22] Huic vero, ſcilicet *fodinario*, vbi venam aliam inter foſſiones ſuas detexit, et haec quadraturam excedit, tantummodo ius deliberandi, vtrum venam petere velit nec ne, per 14 dies datum eſt.[23] Quodſi denique ad vnum idemque metalli-receptaculum diuerſarum venarum inueſtiti pertingunt, idemque omnes petant, omnibusque conceſſum ſit idem, primus inuentor primum petitorem praecedit.[24]

§. 18.

2) *De petitione conceſſionis.*

(Von der Muthung.)[25]

Quicunque certum metalli-receptaculum colere ſecum ſtatuit, hic ſtatim magiſtrum metallorum (Bergmeiſter) adire et ab eodem conceſſionem huius metalli-receptaculi petere debet; ſiquidem ſine ea metalla exercere, nemini plane licet.[26] Petitio autem locum habet ratione metalli-receptaculorum, vel eorum, foſſis in terrae ſuperficie actis inuentorum (auf erſchürfte), vel in ipſis fodinis perfoſſionibus repertorum (über=

22) Churſächſ. Berg=Ordn. d. a. 1589. art. 81. Churſächſ. Stolln=Ordn. d. a. 1749. art. XIV.

23) Churſächſ. Berg=Ordn. d. a. 1589. art. 26.

24) Id probat regula iuris metallici: der erſte Finder ſoll auch der erſte Muther ſeyn, vid. infr. part. iurid. Sect. 1. de iure ſenioratus.

25) vid. Koehlervs in l. l. Abſchn. 1. cap. IV. §. 11-22. et de Wagner in l. l. p. 95 et 103, qui ſingulis argumentis leges primarias ſuppoſuere.

26) Append. der Bergwerks=Gebräuche im Joachimsthal, art. VIII. §. 3. Spanii Bergurthel nro. 39.

fahrne), vel ratione eorum, quae olim culta, nunc vero derelicta ſunt, vbi quidem renunciatio praeceſſit (ins Freye gefallene), vel aliarum rerum denique ratione, ad metallorum exercitium pertinentium, vti ſunt cuniculi (Stölln) etc. Quodcunque metalli-receptaculum, cuius conceſſio cum effectu petitur, in *libero metallico* (im Bergfreyen) ſitum, hoc eſt, nulli iam conceſſum eſſe debet. Modus petendi ipſe fit per ſchedulam petitoriam (Muthzeddel). Id ad formam ſtricte pertinet adeo, vt, etiamſi oretenus petitio facta ſit, tamen poſt tres horas ſchedula exhiberi debeat, quum, hoc ſpatio temporis finito, nuncupatiua petitio omni deſtituatur effectu. Ineſſe autem in hac ſchedula debent haec:

1) nomen petitoris,

2) nomen domini, in cuius fundo metalli-receptaculum petitum ſitum eſt,

3) denominatio loci montis,

4) vt mentio fiat, tractum petitum eſſe liberum (daß das Feld Bergfreyes ſey),

5) ſpecies metalli-receptaculi, (vnde ius prioritatis metalli-receptaculi (die Priorität der Lagerſtätte) deſcendit),

6) metalli-receptaculi directio (das Streichen), (vnde ius quadraturae principalis deſcendit),

7) ſpecies metalli, quod quaerere ſibi inuentor propoſuit, (vnde ius prioritatis metalli (die Priorität des Foſſils) venit, qua etiam de cauſa petitori ſuadendum eſt, vt petitionem imprimis in metalla nobiliora extendat),

8) numerus fodinarum (der Fundgrube und Maaßen), quo terrae ſpatium, intra quod metalla colere poteſt, definitur, et denique

9) dies et conſul, cum ipſa quoque diei hora, (in quo pariter, atque in prima inuentione venae et detectione (die erſte Findung und Entblöſung), ius ſenioratus metallici (das Alter im Felde) fundatur).

Quodſi ſchedula petitoria vno vel altero ex his requiſitis, quae commemoraui, caret, iura inuentori alias data exinde deriuari nequeunt. Excipiendum tamen eſt, ſi in nomine domini fundi erratum, quoniam hoc non tanti eſſe momenti dicitur, vt fodinae ius petens ſua cadat cauſa. Quamobrem etiam petitiones coecae (blinde Muthungen), in quibus nec loci ſedes, nec vena denominata eſt, nullam vim et efficaciam habent. Adhuc moneo, cum oblatione ſchedulae petitoriae ſimul pecuniam petitoriam (der Muth-Groſchen) magiſtro metallorum eſſe ſoluendam.

§. 19.

3) *De conceſſione ſeu confirmatione.*

(Von der Belehnung oder Beſtätigung.) 27)

Petitione conceſſionis rite peracta, vena, intra ſpatium 14 dierum, aut intra ſpatium rite prorogatum (das Erlängen), denudari et a magiſtro metallorum luſtrari debet. Quae ſi omiſſa ſunt, petitio vitioſa eſt, eamque conceſſio ſeu confirmatio non ſequitur. Sin recte res ſeſe ha-

27) Vid. Koehlervs l. l. §. 23 - 32.

beat, legitima conceſſio vel confirmatio demum accedit. Quae quidem eſt actus, quo petita (das Gemuthete) a magiſtro metallorum vere conceduntur. Olim quidem admodum differebat conceſſio fodinae a confirmatione. Quum enim ambitus prouinciarum metallicarum admodum eſſet inſignis, magiſtri metallorum alios ſibi ſubordinatos habebant inveſtientes (Leiher), [28] qui ius metallicum concedebant. Poſtquam hi de ea re ſtatis diebus ad magiſtrum retulerant, hic inueſtituram confirmabat. Nunc vero, diſtrictibus metallicis quod ad numerum auctis, intermediis magiſtratibus opus non eſt, et hoc negotium ſola abſoluitur conceſſione. Iam vero, vt conceſſio valida ſit, neceſſarium eſt:

1) vt vena petita intra ſpatium 14 dierum, aut temporis rite prorogati, a momento petitionis currens, denudata et metallorum magiſter de hoc facto inſpectione oculari, ab ipſo inſtituta, certior ſit factus,

2) vt ſignum lapidi in loco inuentionis (die Fundſtufe) a iurato ſit inciſum,

3) vt magiſter metallorum, an area fodinarum concedenda (das Grubenfeld) libera ſit, ſcilicet, vt vacua poſſit tradi poſſeſſio, certiorem ſe reddiderit,

4) vt conceſſio ſeu confirmatio magiſtro metallorum, notario iudicii metallici (der Bergſchreiber) et iuratis (den Geſchwornen) praeſentibus, petitione antea exhibita atque praelecta, die conceſſionibus deſtinato (am Verleihtage) fiat, denique

28) Beyeri otia metallic. T. II. pag. 237.

5) vt prolixe omnia, additis ipſis argumentis documenti conceſſionis (Lehnſchein), libro conceſſionum (Lehnbuch) inſerantur.

Documentum conceſſionis ſeu litterae inueſtiturae (Lehnſchein, Belehnungs-Urkunde) vero, prout in librum conceſſionum transſcribantur, continere debent:

a) nomen petitoris, qui conceſſionem impetrauit,

b) tempus petitionis et conceſſionis,

c) deſcriptionem metalli-receptaculi et areae conceſſae, nec non montis, in quo conceſſa eſt,

d) ſitum termini inuentionis et regionem, in quam tractus conceſſus porrigit (wohin das Feld geſtreckt worden), et

e) conditiones, quae conceſſioni nonnunquam adiiciuntur.

Conceſſio ſeu confirmatio dari non poteſt, niſi petitio ſit valida. Quamobrem ea montis ſpatia, quae peti nequeunt, etiam concedi non debent. v. infr. §. 25 in fin. Poſtremo conceſſio aeque minus ac petitio praeſumitur, ſed probanda eſt.

B. *De mediis conſeruatiuis.*

§. 20.

Poſtquam ea, quae iuris metallorum acquirendi media ſuppeditant, rite abſoluta ſunt, ſequuntur media, quibus id ius conſeruatur ſeu retinetur. Ad ea pertinet:

1) vt petitor, cui conceſſum eſt, labores metallicos incipiat, fune ducente lacu ſupra puteum ſuſpenſo (er muß Kübel und Seil einwerfen),[29] et deinde metalli-receptaculum conceſſum, laboribus re ipſa continuatis, ſectetur[30] (das Bauhafthalten), quoniam ipſe finis conceſſionis in eo verſari videtur, vt metalli-receptacula colantur, et metalla laboribus diligentiſſime ex terra in vſum reipublicae eruantur.[31] Ad iſtos vero labores actuales tria foſſorum penſa matutina (drey Frühſchichten) pro hebdomade requiruntur,[32] et

2) vt ab inueſtito certa tributa ſoluantur[33] (das Verrecеſſen und in Friſt halten), quo pertinent canon trimeſtris (Quatember-Geld), decimae vel viceſimae (der Zehende od. Zwanzigſte), et canon dilationis (Friſtgeld), qui tum ſoluitur, ſi labores ob cauſam ſufficientem diffe-

29) Altenbergſche Zinnbergwerks-Ordn. art. 1. §. 2. Joachimsth. Bergordn. P. 2. art. 4. §. 4. huj. Append. P. 2. ad art. 27. n. 2.

30) Das alte Freybergiſche Bergrecht, Sect. 1. art. 17. in fin. Sect. III. art. 13. Zinnbergwerks-Ordnung zum Eibenſtock, d. a. 1615. art. 16. Keinem Gewercken künftig zu geſtatten, ſein Alter im Felde durch Friſt oder Liſt zu erhalten. Neue Bergordnung des Eislebiſch- und Mannsfeldiſchen Bergwerks, art. XXIV. Vom Belegen, Bauhafthalten und Friſten.

31) Eisenhart. de reg. Metallifod. iur. cap. 2. §. 6.

32) Churſächſ. Bergordn. art. 23.

33) Churſ. Berg-Ordn. d. a. 1589. art. 13. in fin. von Schönberg Berg-Inform. p. 47. §. 6. et p. 119 §. 5 et 6. Neue Berg-Ordn. des Eislebiſchen u. Mannsfeldiſchen Bergwerks, art. XXV. vom Verreceſſen.

differuntur, veluti aurae admittendae inopia, fodinae inundatio, lites ſunt iudiciales. 34)

Quae media ad conſeruandum prodita pariter, atque adquiſitiua non praeſumuntur, vt potius, ſi intra ſpatium anni 35) intermiſſa ſint, metallifodinae, quae tunc pro deſerta habetur et ad principem redit, efficiant amiſſionem, vel ante hunc terminum fodina per iuratum, ſi quidem in tribus penſis matutinis hebdomadis nullos in ea conſpexerit foſſores, conſenſu magiſtri metallorum pro deſerta declaretur (freygefahren.) 36)

III. *De area metallica conceſſa.*

(Vom verliehenen Felde.)

§. 21.

Omnis ager metallifer, quatenus metallorum effodiendorum cauſa cultoribus ad certum ſpatium modo legali ſupra memorato conceditur, nomine areae metallicae ſignificatur. Haec area ita deſcribi poteſt, vt ſit ſpatium cubicum, cuius plana terminantia ſub rectangulo ſeſe ſecant (nam ſola rectangularis planorum terminatio clara firmaque habetur) et quae triplici corporum extenſione gaudent. Forma autem arearum in diuerſitate metalli-receptaculorum, quam leges, ad latitudinem, habita ſimul longitudinis ratione, reſpicientes, praeſcribunt, quaerenda eſt. Ex hoc duo arearum genera conſtituenda ſunt. Eſt enim area vel *fodinarum* vel *cuniculorum* et illa denuo vel *in longum producta*, vel *quadrata.*

34) Churſächſ. Bergordn. art. 13. §. 6. Herttwich. l. c. ſ. v. Friſt.
35) ibid. art. XXVI. vom Aufnehmen und Auflaſſen alter Zechen und Gewerken. Annabergiſche Bergordn. d. a. 1536. art. CXII.
36) von Schönberg loc. cit. P. II. p. 31.

A. *De area fodinarum.*

a) *De area in longum producta.*

(Vom ſtreichenden Felde.)

§. 22.

In deſcribenda area longa, quae in venis et venarum molibus 37) conceditur, ad triplicem extenſionem, nimirum longitudinis, latitudinis et altitudinis, quas leges metallicae definire ſolent, reſpiciendum, et de vnaquaque idcirco ſeparatim differendum eſt.

α) *De longitudine areae longae.*

§. 23.

1. *de eius menſura apud maiores vſitata.*

Longitudo areae longae certis ſpatiis abſoluitur, quae, quia multiplicantur, adpellabo poſtea vnitates, et quae legibus metallicis diuerſarum prouinciarum expreſſe definitae ſunt. Iſtae autem vnitates non omni tempore eaedem fuere, quoniam, cum vllo modo nocere viderentur, commutatae ſunt. Quapropter, quo clarius de iis proponere poſſim, rem a priſcis temporibus repetam.

Etiamſi doctrina de menſura et menſuratione (Vermeſſen) metallico-iuridica, apud maiores noſtros vſitata, nondum ſatis ad liquidum perducta ſit, de ea id ſaltim certum eſſe videtur, primas vnitates menſurae metallicae tam in Saxonia, quam in plerisque Germaniae terris, formam habuiſſe quadratam, quae vndique ſeptem orgyias complectere-

37) Exceptio occurrit in terris Palatinis ad Rhenum, de qua infra.

tur, et ſub nomine eines Lehns, ſiue einer Schnur, *demenſi ſimplicis* 38) veniret, et ſeptena illiusmodi demenſa ſimplicia inuentori et petitori venae tanquam area longa conceſſa fuiſſe. 39) Quae quidem demenſa hunc in modum, ſecundum venae directionem, aſſignabantur. Tria nimirum demenſa ſimplicia ad caput fodinarum, ſiue ad fodinam primariam (Fundgrube) pertinebant, vnde formabatur ſuperficies quadrilatera oblonga, cuius duo latera longiora 21 orgyiarum, breuiora 7 erant. Reliqua quatuor demenſa, quorum bina ad vtrumque id latus fodinae primariae, quod breue erat, accedebant. Huius igitur formae ſpatium ſub nomine endeſte, ſeu endelſte, ſeu endilſte, nec non undilſte Lehen concedebatur. 40) Praeter haec ſeptena demenſa adhuc ex vtroque breuiori latere ſecundum venae directionem ſex demenſa ſimplicia amplius adiecta ſunt. Primum erat principis, ſcil. marchionis, alterum eius vxoris, tertium mareſchalli, quartum pincernae, quintum camerarii et ſextum denique magiſtri metallorum. 41) Non obſcurum eſſe mihi vi-

38) Devceri Bergbuch, lib. II. c. 1. von Oppel Markſcheidekunſt, §. 900. Ungariſche Bergordn. art. 5. §. 1 et 7. Herttwich. in Bergbuche ſ. v. Lehn, qui magnum numerum locorum claſſicorum allegauit.

39) Das alte Freybergiſche Bergrecht, Sect. 1. art. 3. von dem Lyher und Lyhung, art. 16. von den Rufengyn, und wy man der meßyn ſol, Sect. 2. cap. 1. art. 1. Devceri Königl. Bergbuch, lib. II. cap. II. tit. de montium menſuratione.

40) Das alte Freyberg. Bergr. Sect. I. art. 17. Von Bergmeſſunge, Sect. II. art. 12.

41) Das alte Freyberg. Bergr. Sect. II. tit. dys iſt das capitlein von den gemeſſynen bergen. Agricola de re met. lib. 4. von Löhneyß Bericht vom Bergwerke, part. I. tit. wie die Alten ihre Fundgruben und Maaßen vermeſſen haben. In Bohemia ſeptenis demenſis ſimplicibus

detur, in ſeptenorum demenſorum conceſſione originem fodinarum primariarum et ſecundariarum (Fundgruben und Maaßen), tunc temporis endelſte lehn vocatarum, eſſe quaerendam. Ipſa illa ratio 3 : 2 quae inter ea ſeptem interceſſit, nunc etiam, licet vnitates mutatae ſint, adhuc obſeruatur. Nam inſequenti tempore, princeps cum ſuis aulicis et miniſtris demenſa ſibi aſſignata reliquerunt, iisque, ſolis decimis ſibi reſeruatis, renunciauerunt. Iam, cum hoc facto ex aliqua parte inueſtiti liberioris exercitii participes fierent, et viderent tamen, illum modum per ſeptem tantum demenſa metalla fodiendi multis impedimentis ſubeſſe, quoniam ſaepe metalli foſſores, ob arctos limites ipſis ſcriptos, ditiſſimas venas, in confinio continuatas relinquere cogerentur,[42] factum eſt, vt plures fodinarum cultores, qui ſinguli ſeparatim in exercendis metallis per fundos diuerſos occupabantur, ſeſe ita iunxerint, vt demenſa ſua in regione vicina ad vnam aream contraherent atque conflarent,[43]

tantummodo tria demenſa ſubſequentia olim adiecta ſunt, quorum primum regi, alterum ciuibus, et tertium domino ſundi aſſignabatur. vid. Das alte Iglauiſche Bergrecht, tit. FolgenRecht von dem Neufänger.

42) Klotzſch vom Gegenbuche, p. 24 ſqq. Eiusd. Sammlung verſchiedener Nachrichten zur Sächſ. Geſchichte, T. IX. p. 295 ſqq. et Lempe Magazin für die Bergbaukunde, T. VII. p. 160.

43) In diplomate quodam Senatus Fribergenſis de a. 1384. quod Klotzschivs in l. l. T. IX. p. 307ſqq. iuris publici fecit, haec verba leguntur: „Wir Nickel wighart, Burgermeiſter, petir deynhart, Nickel wilde — — Burger und geſchworen der ſtat zu Friberg — — Ouch bekenne wir, des geteidingt iſt, daz dy gewerkyn von der vorderrich Zceche dez erbe zcum Kurſinberge habin zullen zcu dem Erbe, zu der vorderrich zceche, zcuſammene, dy beyde erbe ewiklich frey yn Nünhuffin und zullen frey ſyn." — — Et in Bohemia, ipſoque legum conſenſu, talem coniunctionem plurium demenſorum diuerſis cultoribus conceſſorum, olim

et principem, vt ipſis aream e ſingulis demenſis plurium fodinarum collectam hereditatis iure (zu Erbe) concederet, implorauerint.44) Vnde quoque, vti ego exiſtimo, exortum eſt, vt ſingula demenſa ſimplicia deinde ad lineam directionis venae duplicata ſint, et pro vnitate demenſi ſimplicis vnitas demenſi in longum duplicati, quae orgyias habuit longitudinis 14 et latitudinis 7 ſub nomine eines Wehrs ſiue Gewehrs 45) conſtituta ſit.

§. 24.

2) *De eius menſura recentioris temporis.*

Exinde hoc quoque puto factum, vt quaeuis fodina primaria loco trium demenſorum ſimplicium tria demenſa duplicata nimirum 42 orgyias, fo-

locum habuiſſe docet Deucerus in l. l. libr. II. cap. 1. Und nachdem im Gebrauch und Gewohnheit iſt etc. etc. Praeterea non inepte de hac re commentatus eſt Knoetzschkerus in commentatione de ſolemni dimenſione metallica vom Erbbereuten, Lipſ. 1795. pag. VIII. et IX. licet non abire poſſim in eam ſententiam, quam de aſſignatione ſeptem demenſorum p. VI. Beyeri otia metallica ſecutus, expoſuit.

44) Klotzſch in l. l. p. 24 ſqq. Quodſi plures fodinarii (Fundgrübner) coniuncti ius hereditatis in area a principe impetrauerant, Senatus Fribergenſis cum magiſtro metallorum exibat, aream conceſſam dimetiebatur et circumequitabat. Quo ritu menſuratio illa ſolemnis (das Erbbereuten) vsque ad noſtra tempora permanauit. Euolv. Beyer. in otiis met. T. II. diſſert. VI.

45) von Schönberg in l. l. P. I. pag. 27. §. 36. P. II. p. 62. ſ. v. Lehen et p. 107 ſ. v. Wehr. von Oppel Markſcheidekunſt, §. 900. Herttwich in Bergbuch, ſ. v. Wehr. Beyer l. c. p. 247. Nomen Wehr procul dubio a gewähren guarandam praeſtare, ſecurum reddere, deriuandum eſt. Nam per inueſtituram magiſtratus metallici de ſua poſſeſſione ſecuritatem inueſtitus nanciſcitur.

dina ſecundaria vero, quae nunc ſub nomine Maaß veniebat, loco binorum demenſorum ſimplicium duo demenſa duplicata ſcilicet 28 orgyias in longitudine nacta ſit. 46) Quae quidem vnitates areae longae in omni fere Germania receptae, 47) quin ipſis legibus conſtitutae ſunt, vt *iure metallico Saxonico* 48) intuitu fodinarum tractus montium metalliferorum ſuperioris Saxoniae, ſcilicet occidentem verſus ſiti, Bohemico, 49) Brunſuicenſi, 50) Bauarico, 51) Würtembergenſi, 52) Brandenburgo-Culmbacenſi, 53) Bipontino, 54) Colonienſi, 55) Treuirenſi, 56) Haſſiaco, 57) Ho-

46) vid. Klotzſch, Beyer et Lempe l. l. nec non Löhneyß in Bericht vom Bergwerke, P. I. tit. Wie die Alten ihre Fundgruben und Maaßen vermeſſen haben.

47) Qua de cauſa haec menſura pro menſura iuris metallici Germanici communis ſumitur.

48) Eybenſtock. Berg-Ordnung, art. 4. von Schönberg l. c. P. 2. p. 62. ſ. v. Lehen.

49) Berg-Ordnung für das Bergwerk zu St. Joachimsthal d. a. 1548. art. XXVIII. Herrl. Schönberg. Befr. u. Begnadigung über die Bergwerke der Herrſch. Greßlas, Cron-Böh. Freyb. 1601. 4.

50) Braunſchweig-Lüneburgſche Bergordnung der freyen Bergſtädte Zellerf. Burgſt. u. Clausth. ꝛc. d. a. 1595. P. II. art 27.

51) Bergordnung für das Herzogth. Bayern, die obere Pfalz und Landgrafſchaft Leuchtenberg d. a. 1784 art. XVIII. Vom Grubenmaaße.

52) Würtembergſche Berg-Ordnung d. a. 1597. P. II. art. VIII. Vom Vermeſſen. (in de Wagner corpore iur. met. p. 531.)

53) Marggräfl. Brandenburgſche Bergordnung d. a. 1619. art. IX. (ibid. p. 431.)

54) Pfalz-Zweybrückſche Bergordnung und Bergfreyheit d. a. 1514. art. IV. (in de Wagner corp. iur. metall. p. 717 ſq.)

55) Chur-Cöllniſche Bergordnung d. a. 1669. P. V. art. II. (in eiusd. corp. iur. metall. p. 814.)

henſteinenſi,[58] Schwarzburgenſi,[59] Hennebergenſi,[60] Magdeburgenſi,[61] Sileſiaco,[62] Cliuienſi,[63] iure metallico in praefectura Walkenriethienſi intuitu ferrifodinarum dato,[64] Saxo-Saalfeldenſi,[65] Saxo-Gothano,[66] Saxo-Coburgenſi,[67] et Reuſſico.[68] Quin etiam extra Germaniam placuit ea ſpatii longitudo, quorſum referas ius Danicum.[69] Sunt tamen prouinciae et diſtrictus, in quibus alia recepta eſt areae longae longitudo. Ita in metallifodinis

56) Chur-Trierſche Bergordnung d. a. 1564. P. IV. art. 4. (ibid. p. 931.)

57) Heſſiſche Bergordnung d. a. 1616. P. II. art. XII. (ibid. p. 626.)

58) Gräfl. Hohenſtein. Bergordn. d. a. 1576. art. XXXVI.

59) Schwarzburg. Bergordn. d. a. 1590. art. II. (in DE WAGNER l. l. p. 1403.)

60) Hennebergſche Bergordn. P. II. art. 27.

61) Revidirte Bergordn. für das Herzogthum Magdeburg, Fürſtenth. Halberſtadt, die Grafſchaften Mannsfeld, Hohenſtein und Reinſtein etc. cap. X. § 2.

62) Revidirte Bergordnung für das ſouveraine Herzogthum Schleſien und Grafſchaft Glatz, cap. X. §. 2.

63) Revidirte Bergordnung für das Herzogthum Cleve, Fürſtenth. Moeurs und Grafſch. Mark, cap. IX.

64) Eiſenſtein. Ordnung für das Stiffts-Amt Walkenried d. a. 1751. art. V.

65) Saalfeldſche Bergordnung d. a. 1575. art. X. (in corp. iur. etc. p. 1339.)

66) Befehl, die Beobachtung der Saalfeldſchen Bergordnung in d. Sächſ. Gothaiſchen Landen betreff. d. a. 1754. (ibid. p. 1370.)

67) Sachſen-Coburgſches Patent vom 13. März 1692. (ibid. p. 1371.)

68) Ausſchreiben wegen der Bergfreyheit in den Herrſchaften Gera, Graitz, Schlaitz, Burg, Saalburg und Lobenſtein vom 31. März 1617. art. III. (ib. p. 1375)

69) Däniſche Bergordnung art. XVI.

praefecturae Friberg.[69] complectitur

pro fodina primaria 60 et pro fodin. ſecund. 40 org.

(Vnitas ein Wehr ibi 20 org. conſtat.)

in marchionatu Badenſi [70] eiusmodi

fodinae primariae longitudo eſt	60	ſecundariae	28 —
in archiepiſcopatu Salzburg.[71]	illius 20	huius	15 —
in ducatu Iuliaco et Montium [72]	– 40	—	28 —
in comitatu Moravienſ. Hangenſtein[73]	– 36	—	28 —
in comitatu Naſſoviae [74]	– 84	—	42 —
in dynaſtia Homburg [75]			
et quidem in venis ferrariis	– 84	—	42 —
in venis alius metalli	– 42	—	25 —
in ferrifod. comitat. Schwarzburg.[76]			
et praefect. Schwarzwald.[77] in			
ducatu Saxo-Gothano	– 24	—	— 12

in

69) von Schönberg Berg-Inform. P. I. p. 31. §. 46.

70) Carl Friedrich Markgraf zu Baden Verordnung, die Muthung und Verleyhung der Bergwerke, Entrichtung der Zubuße etc. betreff. d. a. 1789 art. IV. (in corp. iur. etc. p. 606.)

71) Des Hochlöbl. Erzſtiffts Salzburg Perckwercks-Ordn. Salzb. d. a. 1532. §. 13. (in Lori Sammlung des Baierſchen Bergrechts, p. 199.)

72) Jülich- u. Bergſche Bergordnung d. a. 1719. art. V. (in corp. j. p. 982.)

73) König Ferdinand I. Bergordn. in der Graffſch. Hangenſtein, p. 406 413.

74) Naſſauiſche Bergordn. d. a. 1559. art. XII.

75) Homburgiſche Bergordn. d. a. 1570. art. XI. (in corp. iur. p. 700.)

76) Schwarzburg. Bergordn. d. a. 1590. art. III.

77) Bergordn. im Amte Schwarzwald d. a. 1580. art. I. (in c. j. m. p. 1365.)

in Auſtria inferiori, 78)

ſiquidem ſecundum ius cuniculorum (nach Stollrecht) conceditur, illius 17 huius 15 org.

quodſi vero conceſſio fit ſecundum ius puteorum (nach Schachtrecht), vnitas conceſſa 21 org. ſ. 3 Schnür complectitur,

In Auſtria anteriore, 79)

ſi ſecundum ius cuniculorum conceditur – 50 – 40 –

ſin ſecundum ius puteorum conceditur, longitudo vnitatis areae conceſſae 60 org. abſoluitur,

in ferrifodinis Huttenbergae, Moſſinzi et Löllingi in Carinthia 80) longitudo vnitatis areae eſt 40 orgyiar.

iure metallico Tyrolenſ. 81) vnitas areae longae concedendae conſtat 21 vel 15 org.

78) Bergordn. für die Bergwerke in Oeſterreich, Steyermark, Kärnten u. Crain d. a. 1517. §. 4-22. Nieder-Oeſterreichſche Bergwerksordn. d. a. 1553. art. 26 et 27.

79) Vorder-Oeſterreichſche Bergwerks-Erfind. u. Ordn. d. a. 1731. §. 11. 13 et 16. (in DE WAGNER c. j. m. p. 70.)

80) Berg-Teutſch-Hammer- u. Radwerks-Ordn. zu Hüttenberg, Moßinz u. Lölling d. a. 1759. art. IV. (ibid. p. 82.)

81) Schwatzeriſche Bergordn. d. a. 1468. §. 1. Schwatzeriſche Erfind. d. a. 1556. art. VII. §. 1-8. (ibid. p. 134ſq.)

iure metallico Hungarico [82]) ſecundum ius puteorum	420rg.
ſecundum ius cuniculorum	28 –
in metallifodinis Cremnitzienſibus [83])	21 –
— — Schemnitzienſibus [84])	28 –
in comitatu Badenſi, nunc Franco-Gallico, Sponheim [85])	140 –

§. 25.

3) *De areae longae menſuratione ſubdiali.*

(Vom Vermeſſen oder Verſchnüren.)

Menſuratio ſubdialis (das Vermeſſen ſiue Verſchnüren, quoniam funiculo peragitur), quae in metatione ſubdiali areae fodinarum conceſſae conſtat, duplex eſt; vel *ſolemnis* (das Erbbereuten ſ. Erbvermeſſen ſ. das Vermeſſen mit erblicher Schnur), vel *minus ſolemnis* (das Vermeſſen mit verlohrner Schnur ſ. Ueberſchlagen). Illa, quae quodammodo

82) Ungariſche Bergordn. d. a. 1575. art. V. §. 1 et 4. (ibid. p. 174 ſq.)

83) Erläuterung der alten Bergordn. der Städte Cremnitz u. Königsberg, art. VI. (ibid. p. 239.)

84) Erläuterung der alten Bergwerksordn. der Städte Schemnitz, Neuſohl, Bugganz, Dillen u. Libeten, art. IV. §. 1. (ibid. p. 261)

85) Bergordn. für die hintere Grafſchaft Sponheim d. a. 1590. art. XII. (ibid. pag. 591 ſeq.)

eſt repetitio huius, additis quibusdam ſolemnitatibus legalibus, hodie raro exercetur, nec alibi, quam in fodinis foecundis, locum obtinet, et, quoniam vim habet perpetuam, cuilibet fodinae fines ſuos reddit certiſſimos. Haec vel definito tempore poſt [86] inueſtituram, vel, ſi fodina cultoribus metatu digna eſſe videtur, [87] tamquam breui manu eum in finem inſtituitur, vt tantum aliquatenus conſtet, quousque fines cuiusque fodinae pertingant, ac vti, ſi quis venae partem vlteriorem pe-

86) In praefectura Altenbergenſi et in comitatus Mansfeldenſis parte Saxonica ipſum tempus, intra quod poſt conceſſionem adeptam menſuratio peragi debet, definitum eſt ita, vt vtroque quidem ſit 14 dierum. Churfürſt Auguſt Zienbergwercksordn. auf dem Altenberge d. a. 1568. art. I. Neue Berg-Ordn. des Eisslebiſchen und Mannsfeldſchen Bergwercks, art. XIX.

87) Scilicet, ſi ea metalli copia iam ex fodina egeſta atque excocta ſit, ex qua poteſt, ſecundum ea, quae ſumſerunt legumlatores, maxima ſpes lucri captandi cultoribus affulgere. Itaque legibus metallicis nonnullarum prouinciarum Germanicarum eiusmodi metalli excocti quantitas determinata eſt, quae efficit, vt menſurationis petitioni detur locus. Sic Marggräfl. Brandenburgſche Berg-Ordn. d. a. 1619. art. XVIII. §. 1. diſponit: Wenn eine Zeche maßwürdig und fündig würde, alſo, daß 3½ Mark Silbers, 20 Centner Bley oder 10 Centner Kupfer darauf gemacht wird, ſoll der Bergmeiſter vermeſſen ꝛc. Item in Chur-Cölln. Bergordn. P. V. art. XIV. et Churfürſtl. Pfälziſche Bergwerksordn. d. a. 1548. art. 26. haec verba leguntur: Würde ein Maaß oder Zeche fündig, und Erz darauf gehauen, daß man zu ſchmelzen hat, und 10 Mark Silber, 30 Centner Bley, oder 20 Centner Kupfer gemacht wird, ſo iſt ſie Maaswürdig. Conf. Chur-Trierſche B. O. P. IV. art. 3. Secundum ſpeculum iuris metallici part. II. cap. IV. §. 1. autem quatuor vnciae argenti excocti ſufficiunt.

tat,[88] certus terminus, a quo eius menſuratio incipiat, ad euitandas lites conſtitutus ſit. De hac ſolummodo verba hic faciam.

Quodſi fodinarii menſurationem minus ſolemnem popoſcerint, et inſtitor fodinae (Schichtmeiſter) menſurationem inſtituendam eſſe antea per 14 dies ex publico loco notum fieri curauerit,[89] magiſter metallorum eam peragit,[90] dum a termino inuentionis (vom Funde) dimidiam partem *fodinae primariae* ſurſum, alteram vero deorſum, ſecundum lineam rectam, quae ad venae conceſſae directionem principalem (nach des Ganges Hauptſtreichen) adſtricta et a fodinae menſore antea deſignata eſt,[91] funiculo diſtribuit.[92] *Terminus inuentionis* ſ. *primor-*

88) Cum hoc fit, prius inueſtitus, implorante vicino eoque ſerius inueſtito, ad menſurationem expetendam a magiſtro metallorum cogi poteſt. Churf. Auguſt Zienbergwercksordn. zum Altenberge d. a. 1568. art. XXXII. Conſ. Nieder-Oeſterreichſche Bergordnung d. a. 1553. art. XXVIII. Zinnbergwerksordnung für die Bergwerke Hengſt, Perninger etc. P. I. art. XXXIV. Chur-Cölln. Bergordn. P. V. art. XIV. Chur-Trierſche Berg-Ordn. P. IV. art. 2. Anhang der Grubenhagen. Bergordn. d. a. 1689. ad art. 26. 27. P. in fine (in corp. iur. metall. p. 1079.) Des Hochlöbl. Erzſtiffts Salzburg Perckhwercksordn. d. a. 1532. §. XIII. Quae quidem imploratio vtiliter ex indole actionis finium regundorum interpretanda eſt.

89) Churſächſ. Bergordn. d. a. 1589. art. XXIX.

90) Menſurationis breuis enarratio continetur in Lempe Magazin für die Bergbaukunde, T. VII. p. 163 ſqq.

91) von Oppel Markſcheidekunſt, §. 886.

92) Churſ. Bergordn. d. a. 1589. art. XXIX. Conſ. Markgräfl. Brandenburgiſche Bergordn. art. 18. § 2. Anhang der Grubenhagen. Bergordnung ad art. 26. 27. P. II. Gräfl. Hohenſteiniſche Bergordn. art. XXXV. et aliae.

dium autem (der Fund), qui etiam metaphorice tamquam principium, a quo omnes fodinae ſubſequentes naſcuntur, nomine *patris* (der Vater) gaudet, eſt locus, vel vbi vena primum detecta eſt, vel in quo primum machinae tractoriae adhibitae ſunt (wo zuerſt Kübel und Seil eingeworfen), quo caſu media pars cylindri attollentis (das Mittel vom Rundbaum) pro termino, a quo menſuratio incipiat (wo anzuhalten), habetur, vel qui ex libera voluntate petitoris, ſi quidem alii inueſtiti in vicinis locis non ſunt,93) in ſchedula petitoria verbis expreſſis deſignatus et in libro, quem Verlegbuch adpellant, inſcriptus eſt. Qui quidem terminus inuentionis certo loco ſemel determinatus poſtea, niſi area vicina nulli iam conceſſa eſt, et ſi magiſter metallicus conſenſit,94) in detrimentum alterius mutari et ad alium locum transferri nequit, quoniam fines, intra quos ius metallorum quaerendorum exerceri poteſt, ab eo pendent. Eodem modo non eſt permiſſum, a vena ſemel conceſſa ad aliam transgredi et in hac menſurationem impetrare. 95) Quam ob cauſam alicubi fieri ſolet,

93) Span Bergurthel n. 266. 274 et 275. Bergbau-Spiegel lib. II. cap. 7. §. 7 et 8. Herttw. Bergbuch, ſ. v. Anhalten, §. 3. qui auctor ſententias quasdam Scabinatus metall. Fribergenſ. communicauit.

94) Sententiae Scabinat. Friberg. in Herttw. l. l. ſ. v. Feld §. 9. et ſ. v. Kübel §. 8.

95) Append. der Bergwerksgebr. in Joachimsthal ad Part. II. art. XXIV. §. 10. Nach altem Bergwercksgebrauch, muß ein jeder Werkmann, an dem Orte, da er Kübel und Seil eingeworfen hat, ſein Bleibens behalten, und, da er darinne geirrt, ſo gereicht es ihm und nicht Andern zum Schaden. von Schönberg l. l. P. I. p. 30. § 43. So Einer einen Gang entblöſet, denſelben vor der Beſtätigung dem Bergmeiſter gewieſen, und uff ſolchen Schurff vor Einwerfung Kübel und Seils beſtätigt, und die nach dem Neufänger belehnten Maaßen treffen Erz, und der Neufänger will alsdann erſt an einem andern Ort Kübel und Seil ein-

vt inveſtitus ante menſurationem incipiendam iusiurandum de vero ſitu primordii et de vera vena conceſſa praeſtare debeat.[96] Vbi fines fodinae ſunt, vel pali vel lapides panguntur terminales (das Feld wird verlochſteint oder verpfählt), quibus ſigna ſaxis in fodina poſtea inciſa (Erbſtufen) accurate reſpondent, ita, vt longitudo fodinae primariae intra duo plana perpendicularia contineatur, quae lineam directionis venae ſub angulo recto ſecant. *Fodinae ſecundariae* (die Maaßen), ſi nonnul-

werfen, in Meinung ſeine Fundgrube fortzutragen, die Maaßen in des Andern Feld zu rucken, und darauf vermeſſen zu laſſen. Soll ſolches der Bergmeiſter ihm nicht geſtatten, ſondern ihn in den Schurff, da er den Gang zuerſt geſehn, weiſen, und daſelbſt im Vermeſſen anhalten. Sententia Scabinatus metallici Fribergenſis in Berg-Sachen Chriſtian Baumanns, Klägers an einem, die Gewerckſchafft auf dem Fürſtenvertrag, Beklagte am andern Theile, ao. 1739 lata, Bergmänniſches Journ. B. 2. St. 7. p. 627. quae egregie hanc rem explanat. et Herttwich in l. l. ſ. v. Feld, §. 7 et 8. Conſ. Anhang der Grubenhagiſchen Berg-Ordn. d. a. 1689. ad art. 3 et 4. P. II. in med.

96) Bergordn. des Bergw. St. Joachimsth. P. II. art. XXVIII. Conſ. Magdeburgſche Bergordn. cap. X. §. 1. Cleviſche Berg-Ordn. cap. IX. §. 1. Schleſiſche Berg-O. cap. X. §. 1. Braunſchw. Berg-O. für Zellerfeld etc. d. a. 1593. P. II. art. 27. Hohenſt. B. O. art. XXXVI. B. R. Spiegel, P. II. art. 26. §. 3. hac formula: Ich N. N. ſchwehre, daß ich eine Fundgrube oder Maaß vermeſſen nehme auf meinem belehnten Gang, laut meiner Belehnung, und auff keines Andern, und des Niemand zu Schaden, oder einigen Nachtheil, als mir. et cap. XXVI. §. 6. Begäbe ſichs auch, daß Einer auff zweyen Gängen belehnet, oder von ſeinem belehnten Gang, zu ſeinem Vortheil auf einen andern fallen, und ſeinen rechten Gang verleugnen, und auf den jüngern vermeſſen, ſein Alter dahin deuten und durchs Vermeſſen bekräfftigen wollte, und der Bergmeiſter und Geſchworne im Grunde anders wüßten, auff welchen Gang er rechte Belehnung habe, und hierinne einen vorſätzlichen Betrug vermerkten, ſo ſoll der Verbrecher am Leibe geſtraft werden.

lae petitae atque conceſſae ſunt, ab illis terminis vel ab ipſo fodinae primariae primordio[97] ex vtroque latere determinantur. Quae quidem in aſcendente monte continuantur, *fodinae ſecundariae ſuperiores* (obere Maaßen), quae vero in decliui montis ad venae directionem porriguntur, *fodinae ſecundariae inferiores* (untere Maaßen) adpellantur, et pro earum ſitu certis numeris, vti prima vel proxima, ſecunda, tertia, quarta fodina ſecundaria ſuperior (erſte oder nächſte, zweyte, dritte, vierte obere Maaß) diſtinguuntur. Earum longitudo planis perpendicularibus transuerſis pariter atque in fodina primaria coërcetur, et lapidibus terminantibus ſub dio, ſignis vero inciſis (Erbſtufen) in fodina diſcernitur. Iſti termini ſub linea recta, quae cum linea directionis principalis venae conſpirat, figendi ſunt.[98] Si vltima fodina ſecundaria abſolui nequeat propterea; quod fodinarum areae, vt fit ſaepenumero, vsque ad torrentem aut flumen hereditarium (Erbfluß) aut aream iam alii conceſſam pertineant, haec minor pars ſub nomine *ſubſeciuii* (Ueberſchaar) adiicitur.[99] Quodſi vero haec pars longitudinem demenſi duplicati implet, ei, qui eam petiit, conceditur.[100] Planum, quod longitudinem totius areae conceſſae includit, dicitur die Markſcheide.

97) Append. der Bergwerksgebr. in Joachimsth. ad P. II. art. XXIV. §. 6.

98) von Oppel Markſcheidekunſt, §. 905.

99) Churfürſtl. Sächſ. Bergordn. art. 29. §. 1. Joachimsth. Bergordn. P. 2. art. 26. Conſ. Hohenſtein. Bergordn. art. 34. Revidirte Bergordnung für das Herzogthum Magdeburg etc. cap. IX. Cleviſche Bergordn. cap. VIII. Schleſiſche Bergordn. cap. IX. Braunſchweig. Berg-Ordn. P. 2. art. 26. et multae aliae.

100) Churfl. Sächſ. Berg-Ordn. l. c. Joachimsth. Berg-Ordn. l. c. etc.

Quibusdam in caſibus, veluti, ſi locus inuentionis prope riuum aut aream alii iam conceſſam aut ſub montis radicibus ſitus eſt, aut, ſi in petitione vel confirmatione menſurationis ratio expreſſe determinata eſt, atque nulli iuniores (Jüngere im Felde) in vicino ſint,[101] caput fodinae et fodinas ſecundarias non ex vtraque parte primi termini, ſed ad vnam tantummodo plagam metiri permiſſum eſt.

Ab hac menſuratione parum differt modus aſſignandi aream fodinarum in vena ex cuniculo perfoſſa. Nam ſi quis cuniculum agit, fodina primaria et fodinae ſecundariae ab extremo cuniculi orificio (Stollenmundloch), vel ab ea cuniculi parte, qua vena primo apparuit, verſus accliuitatem montis, non vero retrorſum conceduntur.[102]

Poſt, vbi menſuratio minus ſolemnis, qualiscunque ea ſit, peracta eſt, id omne, quod factum eſt, in libris metallicis curatius debet adnotari.[103] Fodina ſecundaria non, niſi fodina aliqua ſit primaria, quoniam haec terminum menſurationis illius conſtituit,[104] et fodina primaria non, niſi vena detecta et primordium determinatum fuerit, quoniam ab hoc menſuratio illius pendet,[105] concedi debet.[106] Atque

101) von Schönberg l. c. P. I. p. 30. §. 45.

102) Ibid. pag. 32. §. 50. Append. der Bergwerksgebräuche in Joachimsth. ad P. 2. art. 27. nr. 5. Conſent. Bergordn. für das Herzogth. Bayern, die Ober-Pfalz u. die Landgrafſch. Leuchtenberg d. a. 1714. art. XVIII. in fine.

103) Churſächſiſche Bergordnung, art. XXIX.

104) von Oppel Markſcheidekunſt, §. 888.

105) Ibid.

106) Roessler in ſpecul. metall. lib. 2. cap. 4. §. 3. hanc reddit rationem: Denn wo ein Vater und Mutter augenſcheinlich iſt, können wohl Kinder

in vna quidem vena petenti vnica tantum fodina primaria poteſt concedi,[107] tot vero dantur fodinae ſecundariae, quot petitae ſunt. Duo vero capita fodinarum cum ſuis ſecundariis in vna eademque vena, tunc demum admittuntur, ſi vena in montem oppoſitum (Gegengebirge) ei, in quo fodinarius metalla exercet, eumque flumine hereditario (Erbfluß) diſcretum procurrit, quoniam venae pars aduorſa et per flumen abſciſſa (das Gegentrum) pro vena peculiari in ſenſu iuris habetur.[108]

§. 26.

4) *De areae longae menſuratione ſubterranea.*

Menſurae longitudinis areae fodinarum, per menſurationem minus ſolemnem quoad terrae ſuperficiem determinatae, geometriae ſubterraneae auxilio deinde quoque, ſpecubus magis magisque elongatis, ad loca ſubterranea transferuntur et ita componuntur, vt quoque hisce de locis conſtet, quo vsque fines areae conceſſae et ſub dio demenſae pertingant, intra quos metalla quaerere petitori conceſſum ſit.[109] Itaque fodinae-menſoris eſt, vt fodinas dimetiatur et loca ſaxorum indicet, quibus ſigna terminalia (Markſcheide- und Erbſtufen), quae cum lapidibus terminantibus accurate reſpondeant (die Lochſteine in die Grube fal-

der nachfolgen; aber Maaßen aufzunehmen, wo keine Fundgrube iſt, geziemt ſich nicht, kann auch nicht verliehen werden.

107) Sententia ſcabin. metall. Friberg. d. a. 1689. in Herttwich Bergbuch ſ. v. Feld, §. 10 et 11.

108) von Schönberg Berg-Inf. P. I. p. 116. §. 22. Append. Joachimsth. Bergwerksgebr. P. II. ad art. 27. n. 1.

109) von Oppel Markſcheidekunſt, §. 891.

len). 110) Quid multa, praeter alia ſuae artis officia, imprimis fines areae conceſſae determinare, directiones, inclinationes et concurſus venarum obſeruare, nec non ichnographias (Markſcheiderriſſe) conficere debet, ex quibus omnes fodinae conditiones, tam operum metallicorum ſitus, quam areae conceſſae fines pateant, ipſaeque lites, quantum fieri poteſt, praecaueantur. Quod quidem ichnographiarum conficiendarum negotium proſperrimum ipſis reſcriptis principum cultoribus metallorum ſapientiſſime inculcatum eſt. 111)

β) *De latitudine areae longae* *ſiue* *de quadratura.* (Von der Vierung.) 112)

§. 27.

Sicuti longitudo areae longae certis finibus terminata eſt, ita quoque eius latitudo, cuilibet petitori venae aſſignanda legibus metallicis ex-

110) Bergordn. Herrn Chriſtian Churf. zu Sachſ. d. a. 1589. art. XVII. von Schönberg Berg-Inform. P. I. pag. 110-112. — Berg-Rechts-Spiegel, P. II. cap XXVII. Conſ. Marggräfl. Brandenburg. Bergordnung art. CXIV. Heſſen-Caſſelſche Bergordn. P. I. art. IX. Chur-Cölniſche Bergordn. P. V. art. VIII-XIII.

111) Reſcript Herrn Johann Georgii II. Churf. z. Sachſ. Die Verfertigung richtiger Abriſſe, von jedem gangbaren Gruben-Gebäude, betreff. d. d. 20. Dec. 1667. in Cod. Aug. Cont. T. II. p 1343. et Herrn Friderici Auguſti Königs zu Pohlen und Churf. zu Sachſen Reſcript die Fertigung derer Grubenriſſe von den Freyberger Berggebäuden betr. d. d. 9. Mai. 1753 in Cod. Aug. Cont. T. II. p. 1419.

112) In Auſtria et archiepiſcopatu Salzburgenſi quadratura adpellatur Schemmaas.

preſſe definitur. Sed quum venae tot tantasque viciſſitudines atque diſcrimina ſubeant, tam quoad earum *directionem, inclinationem* ipſamque *craſſitiem*, dum mox extra viam conſuetam vel ſenſim vel ſubito defluunt, mox per commiſſuras et venas transgredientes abripiuntur et magis minusue vel in pendens vel in iacens transferuntur, moxque deſinunt ac reſtituuntur, quam quoad earum *concurſum* et *conſociationem*, quoniam venae principales fibris venisque comitibus et ſociis ſtipatae ſunt, atque ſaepiſſime cum aliis concurrunt, imprimis neceſſitas quaedam poſtulauit, vt ſpatium latitudinis eo modo legibus determinaretur, quo non ſolum primo ius in ipſa vena principali neque nimis facile amittatur, neque latius, quam par eſt, extendatur, ſed deinde etiam ius in fibris venisque acceſſoriis, quae vix alia via, quam occaſione venae principalis, apte erui poſſunt, ſimul conceſſum ſit. Hoc vero nequaquam terminis in vniuerſum fixis, ſed pro re nata tantum conditionatis et ad ipſas viciſſitudines venarum compoſitis obtineri potuit. Excogitatus itaque eſt modus, quo quidem ſubtilius, accuratius, diſtinctius, excellentius, memorabiliusque in toto iuris metallici complexu nil plane conſpicimus, ſcilicet *quadraturae* (der Vierung). Verum enim vero quoniam vnica ſiue ſingulari definitione ſpatii duplex ille finis vix aut omnino attingi apte non potuit, *duplex quoque quadratura* inventa eſt, alia, quam *quadraturam principalem* ſeu *quadraturam directionis et inclinationis generalis* nominabo, ad ius in ipſa vena principali intra certos fines *retinendum*, alia vero, quam *quadraturam acceſſoriam* ſeu *quadraturam directionis et inclinationis ſpecialis* adpello, ex qua ius in fibris venisque ad venam principalem accedentibus *acquiritur:* vnde intelligitur, illam principalem rem, hanc eſſe acceſſoriam. Ex hoc autem ſatis iam apparet, inter vtramque quadraturam maximum diſcri-

men quoad materiam intercedere. Hoc vero diſcrimen, ad quod iuris metallici conſulti, incredibile dictu eſt, in commentariis parum aut plane non reſpexerunt, etiam quodammodo quoad formam fundatum eſt. Nihilo vero ſecius vtraque quadratura conuenit in eo, quod rationibus mathematico-legalibus, non vero phyſicis, nitatur, et quod, menſuratione quamuis impari, tamen vtriusque menſura par ſit. Primum autem de quadratura acceſſoria propterea expoſiturus ſum, quoniam de hac imprimis clare et fuſe legibus diſponitur, ac quia iuſta definitio et deciſio quadraturae principalis, ob infrequentiam legum, clarius demum e principiis generalibus, quae pro quadratura acceſſoria obtinent, ratione et analogia ducibus, deriuatur.

I. *De quadratura acceſſoria.*

§. 28.

aa) *De eius notione.* 113)

Quadratura acceſſoria in genere eſt certum et quidem legibus metallicis definitum ſpatium latitudinis areae fodinarum, quod, ſine reſpectu ad longitudinem et altitudinem, tabularia metalli-receptacula principalia conſpicuisque cruſtis inſtructa (mit deutlichen Saalbändern verſehen) ex vtroque latiore latere, pari ſemper menſura, ſequitur.

113) Haec definitio, quam primo Wernervs, nomen, quod non niſi ſumma reuerentia effari queo, expoſuit, ceteris aliorum eo excellit, quod potiſſimum ad diſciplinae formam redacta eſt. Reliquae enim, quae a doctoribus dari ſolent, definitiones non ſatis ſunt diſtinctae.

§. 29.

bb) *Nonnullae concluſiones.*

E notione, quam dedi, ſequentia argumenta, quae ipſis legibus congrua ſunt et fundamenta validae quadraturae continent, proficiſcuntur.

I. Quadratura tantummodo locum habet circa metalli-receptacula tabularia (plattenförmig), vti ſunt venae, venarum moles, ſtrata et ſtratorum moles, quoniam haec ex area, cuius latitudinem quadratura abſoluit, conceduntur. Neutiquam ergo valet circa venas cumulatas, venarum congregatarum tractus, ſiquidem per aream quadratam altitudinis infinitae conceſſi ſunt, canales confuſos, arenas metalliferas et integras montium partes metalliferas.

II. Genus et ſpecies metalli nil confert ad formam quadraturae. Nihil igitur refert, vtrum vena ſit ferri an auri,[114] num ſtanni,[115] num argenti, num aliorum metallorum.

114) Rößler Berg-Bau-Spiegel, lib. II. cap. 43. in princip. Goldklüfte und Goldgänge vergleichen ſich in allen Fällen mit den Silberbergwerken et arg. Johann *Georgii II.* Churf. zu Sachſen Befehl, die denen Bergämtern nachgelaſſene Belehn- und Beſtätigung auf Gold d. a. 1669. in Cod. Aug. Cont. p. 1343.

115) Churf. *Auguſti* Zienbergwerksordnung zum Altenberge d. a. 1568. art. XXXIII. Span Berg-Rechts-Spiegel, P. II. cap. XXX. §. 2. Zienbergwerksordnung auf die Bergwerke Hengſt, Perninger ꝛc. art. XXXV. Und auf daß auch der Vierung halben auf den Zwittergängen Irrung und Zwieſpalt fürkommen und das Feld deſto weniger geſperrt, ſo wollen wir, daß auf denſelbigen die Vierung nicht anders und auch nicht ferner ſich erſtrecken ſoll, denn auf den Silbergängen, es ſollen auch aller-

III. Quadratura acceſſoria tantummodo locum obtinet circa metalli-receptacula tabularia, quae conſpicuis cruſtis (mit deutlichen Saalbändern) et manifeſto pendente et iacente (kenntlichem Hangenden und liegenden) praedita ſunt. 116) Nam venae cruſta terminum conſtituit, a quo accurata quadraturae menſuratio proficiſcitur. Iuxta venam itaque, quae non perſpicue diſcerni poteſt, quadratura ne cogitari quidem debet. 117)

IV. Quum quadratura ſit ſpatium legale geometricum, non phyſicum, id modo in eo loco eſt, in quo leges id eſſe voluerunt, ſub ea conditione, vt quidam actus legales requirantur, quibus id determinatur. Illi actus ſunt ii ipſi modi, quibus ius in vena principali acquiritur, quo quidem ſimul quadratura tacite conceditur. Quadratura itaque non, niſi in *venis conceſſis principalibus*, locum habet. 118) Neque igitur valet circa fibras venasue comites et acceſſorias, neque

maaßen dieſelben Vierungen angehalten, zugelegt und gegeben werden, durch die Markſcheider, wie auf den Silbergängen bräuchlich iſt.

116) Berg-Rechts-Spiegel, P. II. cap. XXX. §. 3. Nachdem ſich, wie uns Bericht fürkommen, der Vierung halber zuzulegen, großer Zwietracht und Irrungen bishero zugetragen und entſtanden ſind, ſo verordnen wir und wollen, wo ein Markſcheider in Gegenwart unſres Bergampts eine Vierung zulegen ſoll, ſo ſoll er dieſelbige nicht eher zulegen, es ſey denn daß er des Ganges Hangendes und Liegendes wohl erkennen mag, alsdenn ſoll er an des Ganges Sohlband etc.

117) von Schönberg Berg-Inform. P. I. pag. 32. §. 52. in med. wo aber kein augenſcheinlicher Gang, da iſt auch keine Vierung und Gerechtigkeit. Conſ. Bergordnung für das Herzogth. Bayern, die Ober-Pfalz und Landgrafſchaft Leuchtenberg, art. LIX.

118) von Schönberg Berg-Inform. P. I. p. 2. §. 2. Die Vierung, ſo jederzeit vom Hauptgang zu nehmen. — Span Bergurthel n. 204.

iuxta venas his, quae a magiſtro datae ſunt, ſubſtitutas[119] (angenommene Gänge), quoniam hae non concedebantur. *Venae principales* dicuntur eae, quae expreſſo nomine conceſſae ſunt: *venae acceſſoriae* autem, quae vi ſpatii acceſſorii acquiruntur.

V. Quum quadratuta ſit ſpatium acceſſorium venae principalis, id eam continuo ſequitur, tam quoad eius directionem, quam quoad eius inclinationem.[120] Vbi igitur vena principalis conceſſa deſinit, ibi quoque deſinit quadratura acceſſoria.[121] Notiſſimi enim eſt iuris, acceſſorium corruere cum ſuo principali.

§. 30.

cc) *De quadraturae acceſſoriae menſura.*

Menſura quadraturae acceſſoriae pariter ac quaelibet alia areae fodinarum menſura expreſſa legum metallicarum ſanctione determinata eſt. Quoniam

119) Joachimsth. Bergordn. art. LXXVII. tit. Ob Gänge in die Teuffe zuſammen und einander in die Vierung fielen, in fine. Wir ordnen auch hiemit, um Vermeidung Zank und Hader, daß keiner mit einem angenommenen Gang uff andern gengen Vierung erlangen ſoll ꝛc. Conſ. Magdeburg. Bergordnung, cap. XXXVIII. §. 4. Cleviſche Bergordn. cap. XXVII. §. 4. Schleſiſche Bergordn. cap. XXVIII. §. 2.

120) von Schönberg Berg-Inform. P. I. pag. 32. §. 52. Berg-Rechts-Spiegel, P. 2. cap. 30. §. 1 et 2. Span Bergurthel n. 243. Rößler Berg-Bau-Spiegel, lib. II. cap. 11. §. 1. Bergordn. für das Herzogth. Bayern, art. LIX. Jeder belehnter Gang führet, er falle ſeiger oder flach, ohne den Gang ſelbſt mit zu rechnen, ſeine Vierung, — — nach der Tonnlage ſowohl nach dem Streichen als der Teufe mit ſich.

121) von Schönberg Berg-Inform. P. I. p. 49. §. 2. in fin. Da aber der Gang ganz verlohren, hat er weder Vierung noch Alter. Berg-Bau-Spiegel, lib. II. cap. 11. §. 1.

vero pro diuerſitate regionum venae quoque diuerſa natura gaudent, legislatores metallici ſapientiſſime varias quadraturae dedere menſuras. *Iure metallico Saxonico* [122] nimirum menſura quadraturae abſoluitur

7 orgyis.

Proximum huius menſurae fundamentum in primitiua vnitate menſurae areae fodinarum, ſcilicet in demenſo ſimplici (dem Lehn), de quo iam ſupra egi, ſitum eſſe propterea videtur, quod hoc vndique 7 orgyias complexum fuit, et formam habuit quadratam, a qua ipſum nomen quadrati ſeu quadraturae ſine dubio deſcendit. Modus vero ac ratio ipſa, a quibus quadratura orta eſt, ſic, vt opinor, comparata erat, vt, vbi vnitas areae concedendae pro venarum natura ad longitudinem ſeu directionem, neutiquam vero ad latitudinem, continuabatur, illa latitudo legalis primitiua in poſterum ſemper retenta ſit. [123]

Quum iure metallico *Saxonico* reſpectu menſurae quadraturae conſentiunt ius metallicum Bohemicum, [124] Pruſſicum, [125] Bavaricum, [126]

122) Das alte Freybergſche Bergrecht, Abſchn. 1. art. 3. von Schönberg Berg-Inform. P. I. p. 32. §. 52. Melzer Schneeberg. Berg-Chron. p. m. 122.

123) Quae quidem ſententia iam eſt Agricolae in libr. de re metallica, lib. IV. et Roessleri in Bergbauſpiegel, lib. II. cap. 4. §. 5. item generoſiſſimi Oppelii in Anleitung zur Markſcheidekunſt, §. 910. p. 478. et aliorum.

124) Append. der Bergwerksgebr. in Joachimsthal ad P. II. art. LXXVII. §. 2. Zinnbergwerksordn. für die Bergwerke Hengſt ꝛc. arg. art. XXXV.

Kaiſ.

Brandenburgo-Culmbacenſe,[127] Brunsvicenſe,[128] Schwarzburgenſe,[129] Walkenriethenſe,[130] Würtembergenſe,[131] Badenſe,[132] Bipontinum,[133] Colonienſe,[134] Sayn-Altenkirchenſe,[135] Hangenſteinenſe,[136] Saxo-Saalfeldenſe,[137] quoad montes nimirum, quibus ſtrata ſpecialia (Flötze) inſita non ſunt, quocum conuenit ius metall. Saxo-Gothanum[138] et Saxo-Coburgenſe.[139]

In nonnullis Germaniae prouinciis, in quibus metallorum eſt exercitium, legibus ſuis metallicis nihil plane de quadraturae acceſſoriae menſura diſpoſitum eſt. Quum tamen in plerisque prouinciis metallorum fertilibus in Germania recepta ſit, quam commemoraui, men-

Kaiſ. Ferdinand Zinbergkwerksordn. der Bergkſtedt Schlackenwalden, Schönfelden, Lautterpach, ſampt derſelben zugehörenden gepirgen d. a. 1548. art. 3.

125) Magdeburg. Bergordn. cap. XXVIII. §. 1. Cleviſche Bergordn. cap. XXVIII. §. 1. Schleſiſche Bergordn. cap. XXVIII. § 1.

126) Bergordnung für das Herzogthum Bayern, die Ober-Pfalz und Landgrafſchaft Leuchtenberg d. a. 1784. art. VIII.

127) Marggräfl. Brandenburgſche Bergordn. d. d. Bayr. 1619. art. IX. §. 3.

128) Bergordn. der fünf freyen Bergſtädte Zellerf. Burgſt. und Clausth. Generale, Haushalt. Princip. von B. H. F. und Forſtweſen, in ſpecie vom Harze, von C. Böſem.

129) Gräfl. Schwarzburgſche Bergwerks-Freyheit d. a. 1685. art. I.

130) Eiſenſteins-Ordnung für das Stiftsamt Walkenried, art. V.

131) Würtembergſche Bergordn. P. II. art. VIII.

132) Carl Friedrich, Markgraf zu Baden, Verordn. die Muthung u. Verleihung der Bergwerke, Entrichtung der Zubuße, Retardate und Bergfreyheiten betreff. d. a. 1789. art. IV.

133) Pfalz-Zweybrückſche Bergordn. u. Bergfreybeit, art. IV.

134) Chur-Cöllnſche Bergordn. P. V. art. II.

135) Bergmänniſches Journal, Jahrg. 1792 St. 12. p. 455.

136) König Ferdinand I. Bergordn. in der Grafſch. Hangenſtein, p. 406. 413.

137) Saalfeldſche Bergordn. art. X. et XI.

138) Befehl, die Beobachtung der Saalfeldſchen Bergordn. in den Sachſ. Gothaiſchen Landen betr.

139) Sachſen-Coburgſches Patent d. a. 1692.

ſura, ea non immerito habenda eſt pro menſura quadraturae iuris metallici Germanici communis. Ad hanc claſſem igitur refero ius metallicum Hohenſteinenſe, Haſſiacum et Reuſſicum, quae ex iſta ratione cum reliquis, quae commemoraui, conſpirare reor. 140) Eo magis autem puto, hoc ſumi poſſe, quo magis in alia menſuratione leges harum prouinciarum metallicae cum legibus illarum conueniunt, cum ſcilicet fodinae primariae 42 et ſecundariae 28 dederint orgyias. 141) In aliis tamen Germaniae prouinciis et locis alia menſura recepta eſt. Nimirum quadratura conſtat

iure metallico Schwarzwaldenſi, ducatus Saxo-Gothani 142)		12 org.
— — Schwarzburgenſi, 143) reſpectu venar. ferrifer.		16 -
— — Iglauienſi, 144)	- -	32 -

140) De iure quadraturae diſertis verbis diſponit Hohenſteinſche Bergordn. art. 150. Heſſen-Caſſelſche Bergordn. d. a. 1616. art. XXIII. et ad ius metallicum Germanicum commune expreſſe prouocans Ausſchreiben wegen der Bergfreyheit in den Herrſchaften Gera, Schlaiz, Graiz, Burg, Saalburg und Lobenſtein, d. a. 1617. art. I.

141) vid. ſupra §. 24. not. 47.

142) Bergordn. im Amte Schwarzwald, art. XVI.

143) Schwarzburgſche Bergordn. d. a. 1590. art. III.

144) Das alte Iglauiſche Bergrecht, art. 5. Berg-Rechts-Spiegel, Part. II. cap. XXVI. §. 4. in med. Deuceri Bergbuch, lib. II. c. II. Huic legi metallicae, quae in iis diſtrictibus Bohemiae valuit, vbi ius metallicum Iglauienſe receptum erat, poſteriores leges eatenus derogarunt, quatenus noua metalla inſtituerentur, in quibus quadratura ad 14 orgyias reducta eſt. Menſura vero moris antiqui in iis fodinis retenta eſt, quae iam ab antiquiſſimis temporibus illo modo conceſſae atque demenſae erant. Obwohln biß dahero aus alter Gewohnheit und Gebrauch, wenn eine Zeche Maaßwürdig worden, und die Gewercken zu vermeſſen begehret, unſere Hoffmeiſter und Berg-Ambtleute auff dem Mittel des Schachtes oder Runnbaums anhalten und in dem einen Stoß 24½ Berg-Lachter, dann ſowohl auch in dem andern Stoß 24½ Berg-Lachter, dann in das Creutz des Gangs Vierung, in das liegende 7½ Lachter, und in das hangende 24½ Lachter vermeſſen und in die Maaßen gezogen, kömmt doch Bericht vor, daß ſolch Vermeſſen etwann nur auff der Geſchwornen Anweiſen, es ſey der Stund oder des Gangs

iure metallico Auſtriae inferioris, 145) . . . 21 org.
— — Auſtriae anterioris, 146) . . . 60 -

Streichen nach richtig geweſen, oder nicht, verrichtet worden, durch ſolche große Vierung auch, ſo ſich im hangenden und liegenden auf 32 Lachter erſtreckt, andern Gewercken und Bergleuten das Feld ſehr geſperret worden, und ungebauet verblieben, damit aber in dem forthin auch beſſere Ordnung gehalten, die Gebürge an mehr Orten durchſuchet, nach andern Gängen geſchürfft, und einer Gewerckſchaft nicht eine ſo große Vierung, die ſie mit bauen nicht erſtreiten kann, vermeſſen und eingeräumbt werde, ſo ſoll hinführo an, wenn eine Zeche Maaswürdig, und die Gewercken zu vermeſſen begehren, unſer Hoffmeiſter und Berg-Ambtleute erſtlich aus ihrem Mittel zwo Perſonen neben den Berg-Geſchwornen ſolchen Gang befahren, und die Stunde ſeines Streichens nach dem Compaß abſehen, und an Tag bringen laſſen, alsdenn ſoll der Hoffmeiſter nach vorgeleiſteten, des Lehnträgers, Schichtmeiſters, oder derſelben Gewerckſchaften Steigers, gewöhnlichen Eyd, auff den Runnbaum oder Mittel des Schachts, wofür der auff den Gang geſunken, oder wo der Gang durch die Querſchläge angetroffen worden, von ſelben Pflock in jeden Stoß, nach des Ganges Streichen, wie vor gebräuchlich, 24½ Lachter vermeſſen geben, und durch die Geſchwornen verpflöcken laſſen, alsdann auch der Stunde nach, in das Creutz die Vierung, als in das liegend 7, und in das hangend auch 7 Berg-Lachter vermeſſen, und gleichfalls durch die Geſchwornen verlochſteinen laſſen, welcher Maaßen und Vierung ſich alſo eine jede Gewerckſchafft in die immerwährende Tieffe, es falle der Gang flach, oder ſeiger, zu gebrauchen, dabey ſie auch von uns und unſern Ambtleuten, geſchützet, gehandhabet, und jede Gewerckſchaft bey ihrer Gerechtigkeit und Alter erhalten werden ſolle.

Wir wollen auch, daß diejenigen Gewercken, ſo vor dieſem ihr Lehen und Gruben, der alten Meinung nach, vermeſſen genommen, ſo lange ſie ſolche Maaſen in Lehn bauhafft halten, bey ſolchem Vermeſſen erhalten werden, doch daß ſie auch ſollen ſchuldig ſeyn, ſolch Feld der Nothdurfft nach zu belegen, und zum Fall ein Anderer in ihrer Vierung einen neuen Gang oder Gebäude zu leyhen begehren, und die alten Gewercken demſelben Gang auff des Hoffmeiſters Anbiethen und Verwarnen in 34 Tagen nicht ſelbſt belegen und bauen würden, ſo ſoll derſelbe den Andern verliehen, und die Maaſen darauf, der neuen Ordnung nach, gezogen werden, R. reform. Anno 1604. art. 6.

145) Nieder-Oeſterreichſche Bergordnung d. a. 1553 art. 27.

146) Vorder-Oeſterreichſche Bergwerks-Erfind- u. Ordn. d. a. 1731. §. 10.

iure metallico ferrifodinarum Huttenbergae, Moſſinzi et Löllingii in Carinthia, [147] -	40	org.
— — ferrifodinarum Homburgi, [148] quoad fodinam primariam - - -	42	-
quoad fodinas ſecundarias vero -	10	-
— — fodinarum aliorum metallorum eiusdem dynaſtiae - - -	16	-
— — Naſſouico, [149] - -	42	-
— — Iuliacenſi et Montenſi, [150] - -	16	-
— — Reichenſteinenſi in Sileſia, [151] -	22	-
— — Saalfeldenſi [152] et Saxo-Gothano, [153] quoad montes ſcilicet, quibus ſtrata ſpecialia inſunt	14	-

147) Berg⸗Teutſch⸗Hammer⸗ und Radwercksordn. zu Hüttenberg, Moßinz und Lölling d. d. Wien 1759. art IV.

148) Homburgſche Bergordnung d. a. 1570. art. XI.

149) Auszug Deliberations⸗Protocolls, gehalten bey Fürſtl. Naſſauiſch⸗Vormundſchaftlicher Berg⸗ und Hütten⸗Commiſſion, d. 5ten Aug. 1765. (in DE WAGNER corp. iure metall. pag 801.) Olim menſuram memoratam modo fuiſſe quadraturae quoad fodinas primarias, quadraturam vero, quoad fodinas ſecundarias 10 orgyis conſtitiſſe — ideoque in eo conſpiraſſe cum iure metallico Sayn - Wittgenſteinenſi — docet Naſſauiſche Bergordn. d. a. 1559. art. XII. Iam vero, poſtquam iſtius rationis noxae apparuerunt, fodinis ſecundariis paria cum primariis iura tributa ſunt, teſt. protocoll. laud.

150) Jülich⸗ und Bergiſche Bergordnung, art. V.

151) Herzog Heinrich zu Münſterberg Wappen⸗ und Freyheits⸗Diplom von Reichenſtein d. a. 1491. quod MIHESIVS publici iuris fecit, in Bergmänn. Journal, Jahrg. IV. B. 1. St. 3. p. 244.

152) Saalfeldſche Bergordn. art. X. et XI. Haec vero quadraturae menſura, ſingulari prorſus diſcrimine, quod memorabile omnino eſt, et, vt exiſtimo, nusquam alibi conſtitutum, inde a ſuperficie terrae tantum, vsque ad infimum ſtratum ſchiſtoſum (bis aufs unterſte Schiefer⸗Flötz, es ſeyen ihrer viel oder wenig) valet, ſubter quod quadratura vsque in altitudinem infinitam 7 orgyis abſoluitur.

153) Befehl, die Beobachtung der Saalfeldſchen Bergordn. in den Sächſ. Gothaiſchen Landen betreffend.

iure metallico in comitatu Sponheim, [154] - 14 org.
— — Trevirenſi, [155] - - - 14 -
— — Tyrolenſi, [156] - - - 14 -
— — Hungarico generali, [157] - - 28 -
— — ſpeciali Cremnitzenſi [158] in venis - 14 -
in ſaxo laterali tamen
7 quod quidem ad quadraturam principalem ſpectat
— — Salzburgenſi [159] - - - 35 -
A quo tamen excipitur menſura quadraturae
in metallis Gaſteinenſibus, [160] vbi iam ab antiquiſſimis temporibus quadratura - 105 -
in metallis Rawriſſienſibus, [161] vbi 70 -
in metallis Brixienſibus, [162] et
— Römingſteinenſibus, [163] vbi 84 -
conſtat; quin quibusdam in caſibus, ſi res ita exigit, quadratura a magiſtro metallorum mutari poteſt, [164]

154) Bergordn. für die hintere Graffſchafft Sponheim, art. XI.

155) Chur-Trierſche Bergordn. art. IV. 5. ſiquidem recte intellexi articulum ſatis obſcurum.

156) Schwatzeriſche Bergordn. d. a. 1568. §. 2. Aliam et quidem menſuram 105 orgyiarum, ad libitum petitoris vel ad vnum modo vel ad vtrumque latus venae dandam, memorat Iars in *Voyages metallurgiques*, Tom. III. p. 430 ſq.

157) Ungariſche Bergordn. d. a. 1575. art. V. §. 4.

158) Erläuterung der alten Bergwercksordn. der Städte Cremnitz und Königsberg, art. VI. Altes Schemnitzer Bergrecht, tit. der neue Bergwercke aufbringt (in de Wagner corp. iure met. p. 163). Erläuterung der alten Bergwerksordn. der Städte Schemnitz, Neuſohl, Bugganz, Dillen und Libeten, art. III. §. 2. et art. VII. §. 25.

159) Des hochlöbl. Erzſtiffts Salzburg Perckwercksordn. d. a. 1532. art. XIII.

160) ibid. 161) ibid. 162) ibid. 163) ibid.

164) ibid. und ſollen unſere Berckrichter und Geſchwornen das gemain

iure metallico in metalli-fodinis Bodenmaiſſienſibus Bavariae [165] . . . . . 28 org.

§. 31.

d) *De quadraturae acceſſoriae menſuratione.*
(Von der Abgebung oder Zulegung der Vierung.)

Quum quadratura ſit ſpatium, quod ad ſitum ipſius venae conceſſae componitur, igitur cum latitudine venae mox protruditur mox recedit, ea terminis in ſuperficie terrae fixis neutiquam circumſcribi poteſt, ſed tantum quoad loca ſubterranea determinatur. Quumque deinde nonnunquam accidat, vt vena, in qua quadratura metanda, nunc *integra* nunc *in fibras* diuiſa ſit, pro duplici iſta conditione duplex quoque modus menſurationis ideo conſtitutus eſt, quoniam in vtroque caſu quaedam diuerſitas termini, a quo quadratura porrigenda eſt (das Anhalten der Vierung), neceſſario obtinere debet.

§. 32.

aa) *De menſuratione quadraturae acceſſoriae venae integrae.*

Menſuratio quadraturae venae hunc in modum peragitur. Ducitur ſub rectangulo, [166] tum e cortice pendentis (vom hangenden Saalband) aa. Fig. 1., quae delineationem perpendicularem (Seiger-Riß), et Fig. 2. quae ſitum horizontalem (Söhlicher Riß) repraeſentat, quum e cortice iacentis (vom liegenden Saalband) bb. qui ſunt termini initia.

Maaß der 5 Schnür in dem Scherm ôn ſonder groß Urſachen, keineswegs durch ſolch ihr Erkänntniß verändern. Wo auch ainer ain Bau auf das gemain Maaß empfäht, und nachmals erſt ain flache Kluft erpart; ſo ſall es an Mitl bey dem gemainen Maaß des erſten Verfahrens und Scherms bebleiben, und der Scherm weiter nit geändert werden.

165) Bergfreyheiten zu Bodenmais, von Albrecht IV. ertheilt, d. a. 1477. in Lori Sammlung, pag. 110.

166) Appendix der Bergwercksgebräuche im Joachimsthal, ad P. II. art. LXXVII. § 3. von Schönberg Berg-Inform. P. I. pag. 2. in fine — die Vierung — ſo jedesmal des Ganges Fallen Winkelkreuz nach, zu ſtrecken.

les (die Anhaltungspunkte),[167]) linea recta cc. cuius itaque directio a linea directionis ſpecialis venae ſex horis differt, et cuius inclinatio eſt complementum anguli inclinationis venae. Deinde in quamlibet harum linearum, cum e pendente tum e iacente deſcriptarum, dimidia menſura quadraturae, in Saxonia ergo menſura 3½ orgyiarum transfertur.[168]) Ita ambarum linearum iuncta menſura totam quadraturam i. e. 7 orgyias efficit, atque puncta terminantia linearum e cortice pendente erectarum, planum formant dd., quod eundem ſitum habet, quam cruſta venae in pendente, et nomine **die hangende Vierungsebene** ſignificatur. Punctis terminantibus vero linearum ſub rectangulo e cortice iacente demiſſarum, planum ee. componitur, quod parallelum eſt cortici iacenti venae, et nomen gerit **die liegende Vierungsebene.** Quae quum ita ſint, ſatis ſuperque patet, plana quadraturae terminantia in venis rectis recta deſcendere, et menſuram quadraturae lineis horizontalibus componi.[169]) Hic modus deſcriptus et a maioribus acceptus valet in Saxonia, Bohemia, et plurimis Germaniae terris, in quibus metalla exercentur. Ab eo vero differt is, quo tota menſura quadraturae ex vnico ſolo cortice, vel in pendentem, vel in iacentem

167) Churf. Auguſts Zinnbergwercksordn. zum Altenberge d. a. 1568. art. XXXIII. Und ſoll der Markſcheider die Führunge auf den Gängen oder Klüften, wie auf Silber-Gängen, am Saum- oder Sohlband des Ganges im hangenden oder liegenden anhalten und den Gang im Mittel frey ſtehen laſſen. von Schönberg Berg-Inf. P. I. p. 3. §. 5. in fin. et pag. 32. §. 52. In Zulegung einer Vierung iſt der Gang frey zu laſſen, und von deſſen Sahlbändern vierdehalb Lachter ins hangende, auch ſo viel ins liegende zu meſſen, wie denn ein jeder belehnter Gang, er falle ſeiger oder flach, ſeine Vierung mit ſich führet. Conſ. Zinnbergwerksordnung für die Bergw. zu Hengſt etc. art. XXXV. Berg-Bau-Spiegel, lib. II. cap. 11. §. 4. Bergordnung für das Herzogthum Bayern, art. LIX. Chur-Cöllnſche Bergordnung, P. V. art. III. et V. Löhneyß Bericht vom Bergwerke, P. II. tit. von Vermeſſung der Fund-grube und Maßen.

168) von Oppel Markſcheidekunſt, §. 909. 911 ſqq.

169) Berg-Bau-Spiegel, lib. II. cap. 11. §. 4.

partem, ſub rectangulo componitur. Et hic quidem modus, praeter modum priorem bipartitae quadraturae, ad petitoris voluntatem et expreſſam declarationem in ſchedula petitoria factam, admittitur in Pruſſia, [170] in archiepiſcopatu Salzburgenſi, [171] et in Comitatu Tyrolenſi. [172] Alius modus interdum quoque valet in Auſtria, Hungaria et archiepiſcopatu Salzburgenſi, in quibus terris, ſi, ob vicinitatem venae prius conceſſae, non omnis dimidia quadraturae pars ex vno latere dari potuit, haec pars alteri lateri adiicitur [173] et alius poſtremo modus

170) vid. Schleſiſche Bergordnung, cap. XXVIII. §. 1. Cleviſche Berg-O. cap. XXVII. §. 1. et Revidirte Bergordn. für das Herzogthum Magdeburg, Fürſtenthum Halberſtadt, die Grafſchaft Mannsfeld, Hohenſtein und Reinſtein, d. d. Berlin d. 7. Dec. 1772. cap. XXVIII. §. 1. „Die „Vierung eines Ganges, Banck oder Flötz, iſt von dem Sahlband an „zu rechnen drey und ein halbes Lachter ins Hangende und drey und ein halbes Lachter ins Liegende, oder aber ſieben Lachter ins Hangende oder Liegende allein, und zwar winckelrecht nach den Streichen und Fallen des im Felde befindlichen ältern Ganges, Banck, oder Flötz. — Schema ſchedulae petitoriae, in qua, vtrum quadratura indiuiſa an bipartita petita ſit, exprimi debet, hoc eſt: Ich Endesbenannter muthe und begehre Sr. Königl. Majeſtät in Preußen, meines allergnädigſten Königs und Herrn, Bergfreyes als 1 Fundgrube und Maßen, benebſt der Vierung ins { hangende / liegende } oder { halb ins hangende / halb ins liegende } und aus einem etc. vid. dict. Bergordn. cap. III. vom Muthen der Gänge, Flötze und Bäncke, §. 2.

171) Des Hochl. Erzſtiffts Salzburg Perckwercksordn. d. a. 1532. art. XIII.

172) vid. Jars *voyages metallurgiques*, Tom. III. p. 430. 431.

173) Nieder-Oeſterreichſche Bergordn. d. a. 1553. art. 31. von der Schermmaße (i. e. quadratura). So es ſich ereignet, daß etwan an einem Gebirg zwo Zech ſo nahend neben einander auffgeſchlagen wurden, daß die eine Grube ihren Scherm auf ein oder die andere Seiten völlig nicht haben möchte, ſo mag ſie die Uebermaaß ſolches Scherms auf die andere Seite nehmen, da ſie Gebirg genug, damit ſie auch zu ihrer völligen Maaß komme, doch den ältern Zechen und Gruben, ſo vorhin angefangen ſind, an ihren Gerechtigkeiten unangriffen. Ungariſche Berg-O. d. a. 1575. art. V. §. 7. Des Hochlöbl. Erzſt. Salzb. Perkhw. O. l. c.

modus in ducatu Saxo-Saalfeldenſi, vbi nimirum dimidia menſura quadraturae non ex vtraque venae cruſta, ſed ex ipſo eius medio, ſub rectangulo porrigitur.[174]

Tandem monendum eſt, menſurationem quadraturae acceſſoriae, de vena integra validam, valere quoque de venis conſociatis (die ſich ſchleppen), dummodo tamquam vnica vena petitae atque confirmatae ſint. Maſſae ſaxi lateralis breui ſpatio inter eas interiectae, iſto in caſu ſusque deque plane habendae ſunt.[175]

§. 33.

bb) *De menſuratione quadraturae venae in fibras diſiectae.*

Quodſi naturalis quidam euentus venam diuiſit in fibras, opinabitur forſan aliquis, quadraturae acceſſoriae menſurationem commode ita fieri, vt dimidia pars ſuperior quadraturae detur ab ea fibra, quae maxime a linea generalis directionis (Hauptſtreichen) in pendente, et pars inferior ab ea fibra, quae ab iſta linea in iacente maxime diſtat. Nam poſſet vena ipſa extuberaſſe in eam craſſitudinem, quae complecteretur omne id ſpatium, intra quod fibrae defluunt. Praeterea, quae qualitates ſunt totius, haec eaedem eſſe deberent partium, in quas totum diuiditur. Ac quamuis ſaxa interiecta alius ſint naturae, hoc tamen efficere non poſſet, vt fibrae, nempe partes, aliam naturam induerent, quam quae eſſet totius, venae nimirum, vt ſcilicet partium quadraturae principia, ſita verſus venae directionis lineam, non ponantur in extremo cruſtarum. Verum enim vero longe alia menſuratio placuit his, qui antiquitus in re metallica ſenſim regulas quasdam conſtituerunt, cuius rei cauſa potiſſimum mihi videtur fuiſſe haec, primum, quod quadratura acceſſoria ad ipſas fibras conſequendas data erat, dein-

174) Saalfeldſche Bergordn. art. X. alſo daß man die Vierung zu geben, im Mittel des Ganges ſoll anfahen.

175) vid. Bericht von einer Gang-Streitigkeit auf Hohebircke etc. in Zimmermann Oberſächſiſche Berg-Academie, p. 267 ſqq. et infra part. iurid. Sect. II. §. de optione fibrarum.

de, quoniam experientia duce, viderunt fibras ſaepe ad lineam directionis, quam vena habet, non redire, ideoque non iterum coniungi, ſed permeare montem longe lateque, ſenſimque vagari multum extra fines ſpatii, quod quadraturae conceditur. Iam, ſi omne id ſpatium, quod intra fibras tam late vagantes continetur, relictum fuiſſet vni fodinae, aliis hominibus metalla exercendi cupidis occaſio nouas inſtituendi fodinas fuiſſet praeciſa. Itaque in hac cauſa res ita expeditur. Primum reſpicitur ad hoc, vtrum fibrae contineantur omnes intra quadraturam principalem, an partim extra eam exſpatientur. Si intra fines quadraturae principalis (vid. infra §. 40) remanſerunt, menſuratio hunc quidem in modum inſtitui ſolet. Primo conſtituitur terminus, a quo menſuratio incipiat (wo das Anhalten zu nehmen), et hic quidem eſt planum *a*. Fig. 3, quod in medio ſaxi ſpatio, fibris perrepto, fibrarum directioni ſpeciali et inclinationi parallelum effingitur. Quo deinde a plano dimidia pars menſurae quadraturae ad vnum, dimidia ad alterum latus pariter, ac in quadratura venarum corticatarum, ſub rectangulo *c*. extenditur.[176] Ratione venarum autem in fibras

176) von Schönberg Berg-Inform. P. I. pag. 3. § 5. So ſich des Aeltern Gang theilet, an dem Ort, wo er die Vierung auf den Jüngern anlegen will, und die Trümmer noch in des Aeltern Vierung ſeyn, (ſcilicet intra quadraturam principalem,) ſo iſt bräuchlich, daß das Anhalten im mittel zwiſchen ſolchen beyden Trümmern genommen, und die Vierung der vierdehalb Lachter entweder ins Hangende oder Liegende des Aeltern Trümmer oder Gangs fallen Winkelkreutz nach gegen den Jüngern gegeben werde. Berg-Bau-Spiegel, lib. 4. cap. 4. §. 18. Berg-Rechts-Spiegel, P. II. cap. XXX. §. 3. in fine. Append. der Bergwerksgebr. im Joachimsth. ad P. II. art. LXXVII. §. 4. Theilet ſich ein Gang in einem Geſencke, oder auff einem Orte, in zwey Drumer, daß dadurch die Parthen Irrig, von welchem Drum die Vierung zu nehmen. Hierinne ſollen Bergmeiſter und Geſchworne den Irrthumb aufs fleißigſte beſichtigen, und, ſo die Parthen ihre Weiſung darüber begehren, ſollen ſie durch eine ſchriftliche weiſung, den Elteſten die Vierung in Mittel zwiſchen den zweyen Drummern anzuhalten weiſen, doch mit dem Anhange, ſo man tiefer ſinken und ferner lengen würde, und die Drummer wieder zuſammen fiehlen, das alsdann wieder nach bergläufftigen Gebrauch ſoll gehalten werden, und alſo haben es die Alten gehalten — Jetziger Zeit aber pflegt man die Vierung an einen gewiſſen Drumb des Ganges anzuhalten, und das aus Urſachen, das alle Vierunge an Gän-

diſiectarum latiſſimarum, hoc adhuc notandum eſt, e medio fibrarum ad vtrumque latus ſpatium bipalme, neque immerito, adiici, a cuius ſpatii bipalmis duplicati planis terminantibus demum menſurario quadraturae incipiat. 177) Palmi vero longitudo 10 digitis recte aequiparatur. 178)

§. 34.

Ex eo, quod hucusque commemoraui, manifeſtum eſt, totum inter vtramque quadraturae menſurationem, puta venarum et fibrarum, diſcrimen in ſola differentia planorum, e quibus quadratura porrigenda, verſari. Sed quae de metanda quadratura fibrarum valent, minus recte ad eam ſpeciem adplicantur et quaſi detorquentur, qua vena, cuneis ſaxeis (Gebirgskeile, Wände vom Nebengeſtein) vel e iacente, vel e pendente in medium venae olim, vbi fiſſura adhuc vacua fuit, delapſis diſcreta eſt. Nam hic adhuc vna eademque adeſt vena, ſaluis

gen und Klüften zu nehmen und anzuhalten gewiſſer ſeyn. Quo quidem caſu fibra, e qua quadratura tanquam e vena integra porrigitur, pro continuata vena principali conceſſa declaratur. Conſ. Bergordn. für die Bergwerke Hengſt ꝛc. art. 35. Chur-Cöllnſche Bergordn. P. V. art. V.

177) Berg-Rechts-Spiegel, P. II. cap. XXX. § 3. Begäbe ſichs aber, daß ein Gang zertrümmert oder nicht ganz wäre, und davon die Vierung zu nehmen vonnöthen ſeyn wollte, woferne nun der Gang alſo zertrümmert über 2 Spannen nicht mächtig iſt, ſo ſoll der Markſcheider mitten auf dem zertrümmerten Gang anhalten, und die Vierung unſerer Ordnung nach zulegen und meſſen. Auf einen mächtigen Gang aber, der zertrümmert und nicht ganz iſt, an dem auch wegen des ſchneidigen und faulen Gebirgs weder Hangendes noch Liegendes gewiß zu erkennen, um der Urſachen willen, denn die Vierung davon nicht gewiß genommen werden kann, in dieſem Fall ſoll der Markſcheider in dem zertrümmerten Gange, beydes gegen dem Hangenden und gegen dem Liegenden 2 Spannen anhalten, und der Stunde des Ganges Streichen nach der Vierung zulegen, und ſoll ſich der Bergmeiſter im Zulegen der Vierung auff ſolchen zertrümmerten ſchmalen und mächtigen Gängen wohl fürſehen, daß er den Partheyen in ſolchen Fällen eine ſchriftliche Weiſung thue, mit angehängter condition, wenn die Gänge in fernern ſinken oder Längen ganz würden, hangends und liegends wohl zu erkennen ſeyn würde, daß alsdenn die Vierung, vermöge unſerer Ordnung, hernach recht zugeleget und geändert werden möge, damit kein Theil verkürzet werde.

178) Kruſe Hamburg. Komtoriſt et Lempe Mag. der Bergbauk. T. VI. p. 185.

ſuis ſignis et notis,[179] neutiquam vero diſſoluta et in fibras dirupta. Quapropter etiam modus quadraturam dimetiendi circa venas integras vſitatus tali in vena obſeruandus eſt.

§. 35.

Menſuratio quadraturae fibrarum deſcripta ceſſat, ſimulac vna fibrarum extra quadraturam principalem declinat. Hoc enim ſi contingat, inueſtitus vnam, quam velit fibram, vi iuris electionis, de quo infra diſſeram, eligere, et quadraturae menſionem ex ea, quam elegit, et quae nunc tanquam integra et quaſi ſola exiſtens conſideratur vena, poſtulare poteſt, quod ex conſuetudine metallariorum ita receptum eſt.

b) *De quadratura principali.*

(Von der Principal-Vierung oder Vierung des Hauptſtreichens.)

§. 36.

Tametſi leges metallicae non directis atque ipſiſſimis verbis duplicem quadraturae ſpeciem prodant, tamen ea non ſolum e ratione legum facillime colligi poteſt, ſed etiam obſeruantia recepta eſt. Mirandum igitur, cur tot tantique iuris metallici periti illud diſcrimen tam clarum tamque apertum in commentariis omnino ſilentio transierint, aut omnia permiſcuerint atque confuſe tradiderint. Primus autem, quantum ego reperi, qui clarius quodammodo hanc rem tractauit, eſt F. I. Bielivs, in Bergmänniſch - Juriſtiſche Abhandlung von dem Hauptſtreichen, Schneberg, 4to. Cum tamen hanc rem non ex omni parte acu tetigerit, ſumma ope me niti decet, quo clarius eam expediam.

§. 37.

aa) *De quadraturae principalis fine et fundamento.*

Aeque ac fines cum longitudinis areae conceſſae, tum quadraturae acceſſoriae, venam principalem conſequentis, quam accuratiſſime deter-

179) Quam conditionem, cum natura venarum plane congruam, praeclare explicat Wernervs in praeſtantiſſimo ſuo libro: Von Entſtehung der Gänge, p. 70. §. 45.

minati ſunt, ita quoque opus fuit, vt certiſſimis limitibus legalibus latitudo areae, in quam ipſa vena principalis concederetur, definiatur, propterea imprimis, quod venae nonnunquam directiones et inclinationes conſuetas mutare, nonnunquam per alias in latera transferri, ac denique, compreſſae, mox finiri, mox vero rurſus incipere ſoleant. Per iſta vero venarum diſcrimina iura, ſingulis conceſſa, miſcerentur ac confunderentur, niſi leges metallicae certos fines, ad hanc ipſam venarum naturam compoſitos, praeſignaſſent. Nam, tametſi quaelibet vena conceſſa pro tota ſua latitudine erui poteſt, [180] ita, vt non inepte arcifiniam eam dicas, tamen hoc ius in vena principali eatenus modo exerceri poteſt, quatenus ea intra fines certi ſpatii latitudinis legalis verſatur, quod denuo certam quandam ac determinatam directionem ſequitur, ſpatii, puta, *quadraturae principalis.*

§. 38.

bb) *De quadraturae principalis notione.*

Eſt autem *quadratura principalis* ea areae conceſſae legibus determinata extenſio in latitudine, quae planis *directionis* et *inclinationis generalis* venae principalis pro tota longitudine et altitudine areae in ea conceſſae ex vtroque latere inhaeret. [181] Norma igitur quadraturae principalis eſt

180) Rößler Berg-Bau-Spiegel, lib. II. cap. 4. § 4. Und wird auf ſtreichenden Gängen und Klüfften keine Breite obſerviret, ſondern der Gang weggehauen, ſo breit als er ſich befindet. von Schönberg Berg-Inf. P. II. ſ. v. Ganges Streichen. Des Ganges Breite erſtreckt ſich in die Quere von einem Saalband zum andern. Rößler Berg-Bau-Spiegel, lib. I. cap. 5. §. 3 et 4.

181) Locus claſſicus ad quadraturam principalem eiusque iura pertinens, continetur §. 22. Mand. El. Sax. Wie bey entſtehenden Streitigkeiten in Bergſachen zu procediren d. a. 1713. und do des Aeltern Gang durch überſetzende mächtige Späthe, vorfallende Feſten, Fäulen, Rücken oder Sandſteine verdrucket oder abgeſchnitten, ſoll der Aelter nach der Stunde des Hauptganges durchfahren, und ſeinen Gang in der Vierung (h. e. quadratura principalis) ſuchen, und da er ihn dergeſtallt wieder treffen ſolte, der Beweiß zur Gnüge verführet ſeyn, außer der Vierung aber kann er keinen andern Gang vor den ſeinigen angeben, noch das prätendirte Alter auf denſelben extendiren. Clarius diſponit Allgemeines Geſetzbuch für die Preußiſchen Staaten, T. IV. P. II. tit. 16. Vom Berg-

ipſius venae *directio generalis* et *inclinatio*. Feliciſſima ſane ſapientiſſimaque legum metallicarum ſanctio! et fines venae conceſſae igitur recte adpellabis autographos.

§. 39.

cc) *Pauca de directione generali.*

(Vom Hauptſtreichen.)

Venae *directio generalis* eſt venae ad mundi plagas conuerſio, quae plerisque eius partibus communis eſt. Obtinetur itaque parallelismo plurimarum venae partium in vnam eandemque plagam tendentium, vel media ſumma directionis ſpecialis (Specialſtreichen), in quacunque venae conuerſione ſingulari obſeruatae.[182] Prima eius definitio, e primordio fodinae ſumta, iam ſchedula petitoria[183] deſignari debet. Verum enim vero cum ea tempore petitionis ob indiciorum defectum non niſi leuiter obſeruari poſſit,[184] diligentius ſubſequenti demum tempore, ſpecubus vlterius recluſis et venae natura clarius cognita, per fodinae menſorem obſeruari et renunciari debet, ita, vt deinde non ſo-

werckѕregal §. 367. Wenn der Gang verdruckt und in der Vierung ſeiner Streichungslinie wiedergefunden worden iſt, ſo wird der wiedergefundene Gang für denſelben gehalten, der vorhin verdruckt war, und gehört dem Aeltern.

182) Inuentio et determinatio directionis generalis pertinet ad officia fodinae-menſorum. Enarrare poſſem, quibus auxiliis ii eam perficiant et quas calculorum rationes in ea determinanda ſequantur, niſi ea res longius me a propoſito abſtraheret. Modo remittere mihi liceat lectorem ad libros praeſtantiſſimos hac de re conſcriptos, quo pertinent Biel bergmänniſch-juriſtiſche Abhandlung vom Hauptſtreichen. von Oppel Anleitung zur Markſcheidekunſt, cap. XXIV Findung des Hauptſtreichens eines Ganges. Aug. Beyer Markſcheidekunſt, 2te Aufl. P. IV. cap. 8. Lempe Markſcheidekunſt, ſ. v. Hauptſtreichen.

183) vid. ſupr. §. 18 p. 20. n. 6. Rößler Berg-Bau-Spiegel, lib. II. c. 4. §. 2 et 4. Herttwich Bergbuch ſ. v. Muther, §. 6.

184) Error itaque in deſignatione directionis venae amiſſionem areae conceſſae non efficit. vid. Sententia ſcabinatus metallici Fribergenſis d. a. 1639, quam exhibuit Herttw. in Bergbuch, ſ. v. Muther und Lehnträger, §. 9.

lum in ipſa areae metatione ſubdiali[185] tam minus ſolemni quam ſolemni, ſed etiam in menſuratione ſubterranea[186] ex interuallis inſtituenda, inuentae a menſore directionis ratio habeatur. Quae vero hucusque de directione generali dicta ſunt, pro maxima parte quoque de inclinatione generali valere, quisque ſibi perſuaſum habebit.

185) von Oppel Markſcheidek. §. 886. Berg-Bau-Spiegel, lib. II. cap. 8. §. 5. Span Bergurthel, nr. 268. Deucer Bergbuch, lib. II. cap. II. Append. der Bergwercksgebräuche im Joachimsthal ad P. II. art. 28.

186) Bergordnung des Bergwercks St. Joachimsthal, P. I. art 12. Es ſollen auch die Marckſcheider im Hineinbringen des erſten Lochſteins vom Tage, und im Fortbringen der Erbſtuffen, auf einen Gang, einerley und gleiche Ortung des Gangs halten, und in welcher Stunde der Gang ſein Streichens hat, derſelbigen Stunde nach ſollen ſich die Markſcheider in obberührtem Hineinbringen der Lochſteine in alle wege verhalten, und da ein Marckſcheider zuvor auf denſelben Gang nicht gezogen hätte, und von dem Andern zu wißen begehret, was er vor eine Ortung und Stunde inne gehalten, das ſoll ihm Jener ungeweigert anzuzeigen und zu berichten ſchuldig ſeyn, und ſollen ſich alſo die Marckſcheider der Ortung und Stunde des Streichens vergleichen, damit den Gewerken an ihrem vermeſſen Felde kein Abbruch geſchehe, und auch nicht derhalben in unnöthigen verdrüßlichen Unkoſten eingeführet werden. Conſ. Hohenſtein. Bergordn. art. CXXXIV. Schwarzburg. Bergordn. art. 131. Henneberg. Bergordn. d. a. 1566. P. I. art. 11. Bergordn. der Fürſtl. freyen und Löbl. Bergwercke am Zellerfelde, Burgſtädt und Clausthälern als wol zum Andresberg etc. d. d. 18. Sept. 1593. P. I. art. 10. Et praeclare ſane Chur-Cöllnſche Bergordn. P. IV. art. IV. adiecit hoc: Begäbe es ſich auch, daß nach Steigen und Fallen der Gebürge, Veränderung des Geſteins, als fürfallende mächtige Trummen, feſte Kämme, oder aus andern zufälligen Urſachen die Gänge aus ihrem Streichenden verrückt, verdrückt und andere Oertung gewonnen, ſo ſoll ſich der Markſcheider, wie oben vermeldet, rechter Oertung verhalten, damit, wann ein Lochſtein hinein, und in die Erbſtufe förder gebracht werden ſoll, durch den Marckſcheider nichts ungeſchickliches vorgehe, und die Gewercken an ihrem Felde nicht benachtheiligt, und in verdrießliche und unbillige Koſten geführt werden. Ebnermaßen ſoll ſich der Marckſcheider mit Bericht wegen der Oertung, da Durchſchläge zu machen, Schächte auf einander, oder nachzurichten, über ſich zu brechen, und was ſonſt von Ein, oder Andern angegeben wird, alſo verhalten, auf daß allenthalben Uns, und den Gewercken Schaden und Unkoſten verhütet ſeyn und bleiben mögen.

§. 40.

dd) *De quadraturae principalis menſura et menſuratione.*

Menſura quadraturae principalis in qualibet prouincia ſemper eadem eſt, quae de quadratura acceſſoria ibi valet, et ipſa quoque menſuratio cum menſuratione quadraturae acceſſoriae quodammodo conuenit, quoniam e definitis terminis initialibus ſub rectangulo tam in pendens quam in iacens porrigitur. Diuerſi tantummodo ſunt iſti termini, a quibus menſuratio incipienda eſt, et de quibus principia ſequentia, ipſo iure conſuetudinario comprobata, valent.

1. Si vena in ipſa hora directionis generalis procurrit, menſuratio quadraturae principalis ſub rectangulo e corticibus ad iacens et pendens componitur vid. Fig. 4. in qua lineae *q. d. r. p.* quadraturam principalem denotant. Igitur cum quadratura congruit acceſſoria.

2. Si vena horam directionis generalis mutat, vti prope *a.* in Fig. 5. quadratura principalis tamen, ratione ad eam conuerſionem non habita, eadem directione, quam habuit, quamdiu in vena hora directionis principalis adhuc obſeruaretur, longius procurrit, et e corticibus fictione continuatis porrigitur.[187] A corticibus vero ipſis, veris ſcilicet, iterum deriuatur, ſimulatque vena ad directionem generalem recedit, vti prope *b.* Fig. 5 et 6. Quod etiam tunc locum habet, ſi vena A. Fig. 7. per aliam transgredientem B. vel in pendentem, vel in iacentem partem, dummodo id non fiat extra fines quadraturae directionis, quam habuit, principalis, translata eſt.[188]

187) Lempe Abhandl. das Rechtliche bey der in Churſachſen und an andern Orten gebräuchlichen Vierung, § 23. in eius Magazin der Bergbauk. T. VI. p. 182. Sollte ſich vor Vollendung des Beweiſes der Gang des Aeltern verliehren, indem er ſich auskeilet, verdrücket, abſchneidet, in Klüfften aus einander geht: ſo muß er ihn in ſeiner Vierung aufſuchen. Dieſe kann hier nicht anders als eine Fortſetzung derjenigen angeſehen werden, die der Gang hatte, da er noch augenſcheinlich und mit kenntlichen Saalbändern verſehen war.

188) Berg-Rechts-Spiegel, P. II. cap. XXVIII. § 4. in med. Da aber mächtige Fäulen, oder ſo feſt Geſteine fürfiele, daß es Einem ſeinen Gang alſo verſetzte und abſchnitte, daß man keinen Gang erkennen könnte, alsdenn müßen die Fäulen abgeſunken, oder durchbrochen, der Gang

in

3. Quando vena A. vid. Fig. 8. in fibras *f. f. f.* abiit, plana cruſtarum venae ex eo loco, in quo adhuc integra et ad horam directionis generalis adſtricta erat, fictione continuantur, atque haec continuata plana fiunt termini, a quibus menſuratio quadraturae principalis *q. d. r. p.* incipit.[189]

4. Si vena A. Fig. 9. prorſus deſinit, vnicum planum *l.* ſub linea directionis et inclinationis generalis vsque ad fines longitudinis areae fictione continuatur, ex quo quadratura principalis *q. d. r. p.* ad vtrumque latus ſaxi producitur.

5. Si quadratura directionis generalis in capite venae (am Ausgehenden) menſurari debet, quod quidem in agendis foſſis metallicis (beym Schürffen), ſi plures in eodem agro metalla quaerere inceperint, nonnunquam fieri ſolet, quadratura in foſſa, in qua vena primo detecta eſt, e media vena horizontaliter porrigitur et funiculo (mit der Schnur) ad directionem obſeruatam principalem pro longitudine primariae fodinae, primo venae inuentori ipſi e iure quaeſito competentis, ſub dio continuatur.[190]

§. 41.

De vtriusque quadraturae diſcrimine.

Iam e diſcrimine, quod inter venae directionem ſpecialem et generalem intercedit, diſcriminis quadraturae acceſſoriae et principalis ratio perſpicue patet. Nam illa venam principalem, quatenus intra quadraturam principalem remanet, vbiuis huc et illuc, mox rectam, mox obliquam et mox curuatam comitatur, et vbique e pendentis et iacentis cortice exit. Haec vero ad venae directionem generalem arctiſſime adſtricta eſt,[191] et partim a corticibus, partim a terminis ſaxi lateralis in animo repraeſentatis, determinatur. vid. Fig. 10. in qua q. d. r. p. ſignificat quadraturam principalem et q. d. r. a. acceſſoriam.

in der Vierung (haec autem eſt quadratura principalis) wieder geſucht, und das Streichen im feſten Geſtein inne gehalten werden.

189) Lempe l. c. §. 23. art. III. et IV. Das Kießen aber iſt nicht nöthig, ſo lange die Trümer beyſammen in der Vierung bleiben. Hier wird die Vierung verſtanden, die dem Gange zunächſt kam, ehe er in Trümmern aus einander gieng.

190) Berg-Rechts-Spiegel, P. II. cap. 2. §. 4.

191) Biel l. l. Sect. I. §. 14. in fine.

Illa eo momento, quo vena ad ſinem peruenit, aut quo e quadratura principali exit, haec vero cum ipſa longitudine areae conceſſae ſinitur.

γ. *De altitudine areae longae.*

§. 42.

Tertiam extenſionem areae longae demonſtrat *altitudo* (die Teufe), quae vero ad certam deſinitamque menſuram non adſtricta eſt, ſed venam conceſſam, quatenus in profundum deſcendit, pro eius inclinatione a terrae ſuperficie vsque ad imam eius ſedem ſequitur, ideoque inſinita ſiue *aeterna* dicitur. Die Teufe iſt ewig. Si igitur vena recta deſcendit in terram, tota area ſimiliter recta deprimitur, ſin vena fuerit deuexa, tota quoque area deuexa deſcendit. [192]

b) *De area quadrata.*
(Vom gevierdten Felde.)

§. 43.

Quum *ſtrata ſpecialia*, *ſtratorum moles*, *venae cumulatae*, *venarum congregatarum tractus*, *canales confuſi atque informes*, *arenae metalliferae* et *integrae montium partes metalliſerae* ſint metalli-receptacula, quae plerumque in latitudinem aeque ac in longitudinem exſpatiari ſolent, area, qua iſta metalli-receptacula petitoribus concedantur, ſecundum hanc ſuam naturam omnino componi debuit. Conſtituta igitur eſt *area quadrata*, [193] quae vel prorſus, vel propemodum tantundem longitudinis habet, quanta eſt eius latitudo, ideoque vel formam quadratam, vnde etiam nomen deſcendit, vel oblongam efficit. Verumenimvero, quoniam area quadrata ſicuti area longa eſt ſpatium dominii metal-

192) von Schönberg Berg-Inform. P. I. p. 33. §. 52. in medio et in fine. Auch hat die Vierung eines jeden Ganges ſich in ewige Teuffe nach deſſen Donlege zu richten, daher durchaus alle Maaſen und Markſcheiden der Donlege und deren Vierung weichen und nachgeben. Conſ. Magdeburg. Bergordn. cap X. Cleviſche Bergordn. cap. IX. Schleſiſche Bergordn. cap. X. Bergordn. für das Herzogthum Bayern, art. LIX. Markgräfl. Brandenb. Bergordn. art. IX. §. 3. et aliae.

193) von Schönberg Berg-Inform, P. I. p. 30. §. 46.

lici cubicum, in ea deſcribenda triplicis, qua corpora abſoluuntur, extenſionis, ſcilicet longitudinis, latitudinis et altitudinis omnino ratio habenda eſt.

α. De longitudine et latitudine areae quadratae.

§. 44.

1. *De earum menſura.*

Vnitates, quibus area quadrata petitoribus conceditur, aeque ac in area longa in *fodinis primariis* (Fundgruben) et *fodinis ſecundariis* (Maaßen), conſiſtunt. Quas vtrasque vnitates denuo e demenſis ſimplicibus (Lehn) olim vſitatis[194] et ad longitudinem fodinarum cum primariarum tum ſecundariarum areae longae compoſitas fuiſſe, perſuaſum mihi habeo, ac probare hanc ſententiam poſſem, niſi, id acturus, huius libelli fines excederem. Magis ad rem pertinet, vt in enumerandis vnitatum longitudinis et latitudinis areae quadratae diuerſis menſuris occuper.

Itaque in praefectura metallica *Marienbergenſi* et *Schneebergenſi*[195]

fodina primaria conſtat pro longitudine	- -	42 org.
- - - pro latitudine	-	28 -
fodina ſecundaria pro longitudine et latitudine	-	28 -

In praefectura *Iohann-Georgenſtadienſi*[196] et *Eibenſtockienſi*[197]

fodina primaria pro longitudine et latitudine conſtat	-	42 -
fodina ſecundaria vero	- - -	28 -

qua cum menſura conuenit area quadrata in comitatu Schwarzburgenſi,[198] Hennebergenſi,[199] marchionatu Brandenburgico[200] et Electoratu Trevirenſi.[201]

194) vid. ſupra §. 23.
195) Beyeri otia met. T. II. p. 259. Lempe Mag. d. Bergbauk. T. VII. p. 180.
196) Lempe Magaz. der Bergbauk. T. VII. p. 179.
197) Churſ. Zinnbergwerksordn. zum Eybenſtock d. a. 1615. art. 4.
198) Lempe loc. cit. p. 181.
199) Hennebergſche Bergordn. d. a. 1566. P. II. art. 26.
200) Chriſtian und Joachim Ernſt, Marggrafen zu Brandenburg, Bergordnung, art. IX. § 4.
201) Chur-Trierſche Bergordn. art. IV. § 7.

In praefectura metallica *Altenbergenſi*,[202] *Geyerienſi*, *Voigtsbergenſi*[203] et *Annabergenſi*[204]
ſodina primaria quadrata habet longitudinis et latitudinis 28 org.
ſodina ſecundaria quadrata vero - - - 14 -
quam quantitatem menſurae inuenio etiam in terris Pruſſicis,[205] in his tamen tantum reſpectu ſtratorum, in terris Bauariae,[206] Bohemiae[207] et Bipontinis.[208]

De terris Pruſſicis[209] praeterea hoc monendum eſt, aream in venis cumulatis concedendam vndique - 42 org. complecti.

In praefectura *Neoſtadienſi*[210]
ſodinae primariae longitudo et latitudo eſt - 42 -
ſodinae ſecundariae longitudo - - - 28 -
— — latitudo - - - 7 -

In praefectura metallica *Fribergenſi*[211]
ſodina primaria longitudinem - - 60 -
— — latitudinem - - 20 -
ſodina ſecundaria longitudinem - - 40 -
— — latitudinem - - 20 -
habet. Demenſum tamen quadratum (ein gevierdtes Lehn)
ibi vndique - - - - 20 -
comprehendit.

202) Churf. Auguſt Zinn-Bergwerks-Ordnung auf dem Altenberge d. a. 1568. art. XXXII.
203) Lempe loc. cit. p. 180.
204) Churf. Auguſt Annabergſche Zinn-Bergw. Ordn. d. a. 1561. art. 6.
205) Magdeburgſche Bergordn. cap. X. Cleviſche Bergordn. cap. IX. et Schleſiſche Bergordn. cap. X.
206) Bergordn. für das Herzogthum Bayern, art. XIX.
207) Zinnbergw. Ordn. auf die Bergwerke Hengſt ꝛc. P. I. art. XXXIIII.
208) Pfalz-Zweybrückſche Bergordn. d. a. 1565. art. XVI. (in DE WAGNER corp. iur. met. pag. 731.)
209) Magdeburgſche Bergordnung, cap. X. Cleviſche Bergordn. cap. IX. Schleſiſche Bergordn. cap. X.
210) Lempe libr. laud. p. 180.
211) von Schönberg Berg-Inform. P. I. pag. 30. §. 46.

In metalli fodinis *Iſlebienſibus* [212] area quadrata demenſis quadratis vel integris vel dimidiis abſoluitur, et

demenſum quidem quadratum integrum pro longitudine	66	org.
— latitudine	22	-
demenſum quadratum dimidium vero pro illa	33	-
— hac	22	-

extenſione gaudet.

In ducatu Saxo-Saalfeldenſi [213]

fodina primaria longitudinem	42	-
— — latitudinem	21	-
fodina ſecundaria longitudinem	28	-
— — latitudinem	21	-

continet.

In ducatu Würtembergenſi [214] area quadrata conceditur ſub vnitatibus, quae in longum ſunt - - - 21 -

in latum - - - 14 -

In metallis Bohemiae Hengſt, Perninger, Kaff, Mückenberg, Lichtenſtedt Gotsgab et Platten [215] vnitas areae quadratae comprehendit

in longitudinem	28	-
in latitudinem	14	-

Haec area quoque conceditur in venis cumulatis iure metallico Trevirenſi. [216]

Alibi area quadrata eandem prorſus menſuram pro longitudine complectitur, quam pro latitudine, veluti

in comitatu Sponheim [217] 154 -

212) Neue Bergordn. des Eislebenſchen und Mannsfeldſchen Bergwerks d. a. 1674. art. XXI. von Gewerckſchaften.

213) Saalfeldſche Bergordn. art. XI.

214) Würtembergſche Bergordn. ſammt Berg-Freyheit d. a. 1597. P. II. art. XII.

215) Kaiſ. Ferdinand Zinnbergw. Ordn. auf die Bergwerke Hengſt ꝛc. art. 39.

216) Chur-Trierſche Bergordn. art. 4 §. 6.

217) Bergordn. für die hintere Grafſchaft Sponheim, art. XII.

In marchionatu Badenſi, 218) item
- Electoratu Colonienſi, 219) et
- ducatu Iuliaco et Montium, 220) 28 org.
- Haſſia 221) et
- metallis Reichenſteinenſibus Sileſiae, 222) 12 -
- ferrifodinis Grundenſibus ad Ibergam Herzyniae 223) 12 -
- ferrifodinis Walckenriethenſibus 224) - 48 -

§. 45.

Alius plane menſurae modus obtinet circa concedendam aream quadratam in *arenis metalliferis* (Seiffen), quae commode arctioribus limitibus non poterant circumſcribi. Quoniam vero iſta metalli-receptacula ad rariora pertinent, in paucis tantum legibus metallicis ad ea reſpectum eſt.

Iure metallico Saxonico 225) communi, area quadrata fodinae primariae ſimul cum vtraque fodina ſecundaria proxima in arenis metalliferis concedenda comprehendit

in longitudinem	- - -	100 org.
in latitudinem	-	50 -

Quocum conſpirat ius metallicum Bavaricum 226) et Badenſe. 227) In ditione autem metallica *Eibenſtockienſi* 228) areae fodinae primariae et

218) Carl Friedrich Marckgraf zu Baden Verordnung, die Muthung und Verleyhung der Bergwercke ꝛc. d. a. 1789. art. IV.
219) Chur-Cöllnſche Bergordn. P. XII. art. IV.
220) Jülich- und Bergſche Bergordn. art. V.
221) Heſſiſche Berg- und Schieferordnung d. a. 1543. art. 2. (in DE WAGN. corp. iure metall. p. 611.)
222) Heinrich Herzog zu Münſterberg Wappen- und Freyheits-Diplom von Reichenſtein d. a. 1491. in Bergmänn. Journal, Jahrg. IV. B. I. St. 3. pag. 244.
223) Eiſenberg-Ordn. im Grunde am Iberge d. a. 1579 art. III. (in DE WAGN. corp. iur. metall. p. 1067.)
224) Eiſenſtein-Ordn. für das Stiftsamt Walkenried, art. V.
225) Berg-Rechts-Spiegel, T. I. cap. LIII. §. 3. et von Schönberg Berg-Inform. P. I. pag. 31. §. 47.
226) Bergordn. für das Herzogthum Bayern, die Oberpfalz ꝛc. d. a. 1784. art. XX.
227) Carl Friedrich Marggraf zu Baden Verordnung, die Muthung und Verleihung der Bergwerke d. a. 1789. art. IV.
228) Zinn- Bergwercksordn. zum Eibenſtock d. a. 1615. art. 4.

vtriusque fodinae ſecundariae proximae in longitudinem et latitudinem complectuntur - - - - 100 org.

Iure metallico Pruſſico 229) area quadrata in arenis metalliferis concedenda vndique complectitur - - 50 org.

Iure metallico Bohemico 230) in arenis auriferis (Goldſeiffen) duae ſimul fodinae primariae conceduntur, quarum quaeuis continet in quodcunque latus - - 42 org.

Iure metallico marchionatus Brandenburgenſis 231) in arenis auriferis et ſtanniferis area conceditur longitudinis 84 org.
latitudinis 26 -

Iure metallico Auſtriae inferioris 232) et Salzburgenſi, 233) vndique circumſcribitur - - - 49 org.
ſiue 7 demenſis ſimplicibus (Schnür).

Iure metallico Hungarico 234) - - 56 -

§. 46.

2) *De earum menſuratione.*

Menſuratio harum, de quibus egi, arearum quadratarum, generatim ita inſtitui debet, 235) vt primordium in media ſit fodina primaria. Quae cum res ita ſe habeat, tunc e media trabe machinae tractoriae (von der Mitte des Rundbaums), in hora directionis ſtrati, vel in hora, quam petitor in ſchedula petitoria ſignificauit, aut quam foſſa acta (der Schurff)

229) Magdeburgſche Bergordn. c. X. Cleviſche Bergordn. c. IX. Schleſiſche Bergordn. c. X.

230) Kaiſ. Bergordn. art. 26. 27. Berg-Rechts-Spiegel, P. II. cap. XLIII. art. 2.

231) Marggräfl. Brandenb. Bergordn. art. IX. §. 5.

232) Nieder-Oeſterreichſche Bergordn. d. a. 1553. art. 179. von der Waſchwerck-Maaß.

233) Des Hochlöbl. Erzſtiffts Salzburg Perckwercks-Ordn. §. XLIV.

234) Ungariſche Bergordnung d. a. 1575. art. XXXIX. § 5.

235) Neue Bergordn. des Eislebiſch- u. Mannsfeldſchen Bergwercks, art. XXXVI. vom Vermeſſen. von Schönberg Berg-Inform. P. I. pag. 30. §. 46. Bergordn. für das Herzogth. Bayern, die Ober-Pfalz u. Landgrafſchaft Leuchtenberg d. a. 1784. art. XIX. Berg-Rechts-Spiegel, P. II. cap. XXVI. §. 4. p. 260.

vel puteus demonſtrat, linea recta ad vtrumque latus ducitur. In qua quidem linea dimidia menſura fodinae primariae ad vnum, dimidia ad alterum latus deinde educitur, atque e finibus fodinae primariae poſtremo dimidia menſura fodinae ſecundariae in vtrumque latus continuatur. Aſt ab iſto modo menſurationis receditur, ſi aut petitori alia areae conceſſae menſuratio et diſtributio placeat, aut, ſi ipſa loci ſedes atque natura alium modum ſuadeat.[236] Quodſi itaque area quadrata dimetienda ob areas vicinas iam poſſeſſas ad legitimam menſuram longitudinis vel latitudinis abſolui nequit, tunc magiſter metallorum eam figuram conſignare atque in agrum deinde metando transferre debet, quae quantitati orgyiarum, quoad naturam in vnitate conceſſa contentarum, quod ad numerum plane reſpondet, dummodo figura ita ſit comparata, quo ſatis clare area terminis ſuis diſcerni ab aliis poſſit, ac quo minus ſinubus omnia confundantur. Nam quaeuis area quadrata conceſſa, ne lites inter confines exoriantur, pariter ac area longa, certis lapidibus terminalibus (Marckſtein ſiue Lochſtein)[237] inſtruitur, qui in quatuor angulis areae quadratae conceſſae ponuntur (das Feld wird verlochſteint ſiue mit 4 Lochſteinen bereint), quae diſtinctio finium incommodiſſima fieret, ſi figura nimis eſſet irregularis. Haec autem menſuratio longitudinis et latitudinis modo memorato ſub dio peracta in ipſum metalli-receptaculum conceſſum congrue transfertur. Nam area menſa in metalli-receptaculum eum in modum recta deſcendit, quo dimenſiones ſubterraneae clare reſpondeant ad normam menſurationis ſubdialis, ideoque, vti ipſi termini ſubdiales, eadem diſtantia eodemque ſitu locis ſubterraneis inhaereant (die Lochſteine in die Grube fällen), nec non, dum ſaxis inciduntur (durch Erbſtufen), areas ſignificent.

β) *De altitudine areae quadratae.*

§. 47.

Menſura ac menſuratio altitudinis areae quadratae plerumque *duplex* eſt, quoniam ad certum inter metalli-receptacula intercedens diſcrimen componi-

236) Berg-Bau-Spiegel, libr. II. c. 8. §. 26.

237) Lapides terminales (Gemerck, Maalſteine) etiam in arenis metalliferis pangendos eſſe, docet Zinnbergwercksordnung auf dem Altenberge d. a. 1568. art. XXX.

ponitur. Nam haec vel, forma tabulari in longitudinem et latitudinem aequaliter continuata, minus in altitudinem excreſcunt, vti ſtrata ſpecialia et ſtratorum moles, vel formam vndique cumulatam habent, eam nimirum, qua aeque longe, late alteque in ſaxa extenduntur, vti venae cumulatae, venarum congregatarum tractus, venarum examina, canales confuſi, integrae montium partes metalliferae et arenae metalliferae. In illa igitur etiam breui menſura, in hac menſura largiori altitudo defertur.

§. 48.

1) *De altitudine areae quadratae in ſtratis ſpecialibus et ſtratorum molibus conceſſae*, ſiue *de quadratura ſtratorum.*

Fit igitur ex hoc, quod proxime monui, vt altitudo areae quadratae in *ſtratis ſpecialibus* et *ſtratorum molibus* conceſſae, abſoluatur *quadratura*. Complectitur ſcilicet ſimiliter, ac latitudo areae longae, non ſolum integram ſtrati conceſſi craſſitudinem intra quadraturam principalem, vi huius quadraturae, ſed etiam ſaxi ſpatium quadratura acceſſoria circumſcriptum, cuius ſcilicet menſuram menſurae quadraturae venarum vbiuis terrarum parem eſſe puto, quod etiam conſuetudine in iure metallico obſeruatur,[238] niſi leges metallicae expreſſis verbis aliud de illa praecipiant, vti in terris Hennebergicis,[239] vbi quadratura ſtratorum 28 orgyiis efficitur. Iam ſi quaeramus de eius menſuratione, haec, vti in venis, peragitur. Nam pro dimidia parte ſurſum et pro dimidia deorſum ſub rectangulo vbiuis porrigitur. Quod autem attinet ad terminos, a quibus menſuratio incipiat, dupliciter omnino, pro more variarum

238) von Schönberg Berg-Inform. P. I. p. 33. §. 52. Wo ein ſchwebender oder gleichliegender Gang oder Flötz ſich befindet, ſo hat er ſeine Vierung vierdehalb Lachter über ſich und vierdehalb Lachter unter ſich. Bergbauſpiegel, lib. II. cap. 11. §. 5. von Cancrin Grundſätze des teutſch. Berg- und Salzrechts, Abth. 1. § 94. Conſ. Magdeburgſche Bergordn. cap. XXVIII. §. 1. Cleviſche Bergordn. cap. XXVII. §. 1. Schleſiſche Bergordn. cap. XXVIII. §. 1.

239) Hennebergſche Bergordn. P. II. art. 26. ſo ſoll man zu dann oder zur Vierung weiter zu legen 14 Lachter ins Liegendt und ſo viel ins Hangendt.

prouinciarum, deſignatur. Quibusdam enim in prouinciis, vti in *Saxonia*, Bohemia, ducatu Saxo-Saalfeldenſi, marchionatu Brandenburgenſi, Electoratu Trevirenſi, menſuratio quadraturae acceſſoriae e medio ſtratorum (vom Mittel des Flötzes) exire ſolet.[240] In Pruſſia vero quadraturae acceſſoriae terminos initiales plana tum tecti (Dach) cum fundamenti (Sohle) conſtituunt.[241] Caeterum quadraturae ſtratorum omnia ſunt paria cum quadratura venarum, dummodo ſolum ſitum verſus mundi plagas exceperis, quoniam illa altitudinem legalem areae conceſſae, haec vero latitudinem legitimam exhibet. Quae igitur valent de quadratura venarum, recte quoque inter praecepta de quadratura ſtratorum ſunt reponenda. Namque nullum eſt dubium, ſicuti ego exiſtimo, quin quadratura ſerius demum e venis in ſtrata translata atque deducta ſit, quoniam, vti a maioribus traditum accepimus, ſtrata multo ſerius coli inceperunt (Flötzbergbau), poſtquam diu venarum orta erat cultura (Gangbergbau).[242]

§. 49.

2) *De altitudine areae quadratae infinita.*

Haec de ſtratis in ſpecie ſic dictis et molibus ſtratorum. Quod autem attinet ad altitudinem areae quadratae in *venis cumulatis*, *venarum exami-*

240) Berg-Rechts-Spiegel, P. II. cap. XXXIII. in fin. Saalfeldſche Berg-Ordn. art XI. Und ſollen die Flötze 3½ Lachter über ſich und 3½ Lachter unter ſich, des Flötzes Fallen nach, ihre Vierung haben, dergeſtalt, daß man ſolche Vierung auch auffn Mittel der Flötze ſoll anfahen. Conſ. Marg-gräfl. Brandenb. Bergordn. art. IX. §. 4. Chur-Trierſche Bergordn. P. III. art. 18.

241) vid. Allgemeines Geſetzbuch für die Preußiſchen Staaten, T. IV. P. II. tit. 16. vom Bergwerksregal §. 186. Bey Meſſung der Vierung wird bey einem Flötze an deſſen Dach und Sohle angehalten. Schleſiſche Bergordn. cap. XXVIII. §. 1. Cleviſche Bergordn. cap. XXVII. §. 1. Magdeburgſche Bergordn. cap. XXVIII. §. 1.

242) Antiquiſſimum tamen metallorum exercitium procul dubio eſt arenae metalliferae elauatio (das Seiſnen), quum hoc facillime, ſine magnis ſumtibus et multa conquiſitione plerumque expediri poſſit, praeſertim, ſi in eo loco alii nondum quaeſiuerint.

nibus, *venarum congregatarum tractibus*, *canalibus confuſis* atque *integris montium partibus metalliferis*, vel immenſo ſtrato ſpeciali, vel metalli nidorum frequentia conſtitutis conceſſae, haec infinita eſt, quoniam area, prout in ſuperficie terrae circumſcripta fuit, in imos terrae receſſus (bis in die ewige Teufe), quousque metalli-receptacula deducta ſunt, recta deſcendit. Nonnullis in prouinciis, quod memoratu digniſſimum eſt, etiam altitudo areae quadratae in ſtratis conceſſae, infinita eſt, vti in Bavaria,[243] Haſſia,[244] et in ferrifodinis Walckenriethenſibus[245] ita, vt tali conceſſione ius in omnibus ſtratis intra aream inueniendis datum ſit.

§. 50.

3) *De altitudine arenae metalliferae conceſſae.*

Tandem altitudo areae quadratae in *arenis metalliferis* conceſſae vsque ad ſaxum denſum atque cohaerens (bis aufs feſte Geſtein), quousque arenae depreſſae ſunt, recta deſcendit, idque ipſa rei natura poſtulare videtur, quia propter laxum terrae nec aliud metalli-receptaculum interuenire, nec id receptaculum ab alio detrudi de loco, nec idem in partes diſtrahi poteſt.

§. 51.

c) *De quibusdam exceptionibus.*

Operae pretium eſt, quum ſpatia metallorum effodiendorum cognoueris, in certum et quidem legum vel conſuetudinum metallicarum Germanicarum concordantia firmatum modum pro diuerſis metalli-receptaculis concedenda, hoc etiam ſcire, in quibus prouinciis huius rei exceptiones ſiſtantur, vt ibi modum plane ab iſto alienum ſequantur. Nonnullis enim in terris, vti in comitatu Stollbergenſi ad Hercyniam,

243) Bergordnung für das Herzogthum Bayern, die Oberpfalz und Landgraſſchaft Leuchtenberg, art. 19.

244) Heſſiſche Berg- und Schieferordnung d. a. 1543. art. 5.

245) Eiſenſteins-Ordnung für das Stiftsamt Walkenried, art. V.

cultori ius metallorum exercendorum in toto aliquo loco riuulis valleculis aliisque terminis finito, ſine certa proinde magnitudine ſiue latitudine et longitudine in terrae ſuperficie, atque in altitudinem, prouti nominari ſolet, aeternam ſiue illimitatam tribuitur. In terris vero Electoralibus Palatinis ad Rhenum[246] etiam in ipſis venis, quod memoratu digniſſimum eſt, area quadrata, et quidem recta, licet venae lapſu extra fines deflectant, in imam terrae ſedem deſcendens concedi aſſolet. Vnitates, quae ibi Maaßen audiunt, in venis vel argenti, vel plumbi,

vel cupri concedendae, longae ſunt	-		-	200 org.
latae vero,	-		-	50 -
in venis vel argenti viui vel ferri				
longae	-	-	-	200 -
latae	-	-	-	100 -
et in carbonibus foſſilibus et quibuslibet ſtratis ſpecialibus				
longae lataeque	-		-	300 -

B. *De area cuniculorum haereditariorum.*

(Vom Felde der Erb-Stölln.)

§. 52.

Praeter ipſa metalli-receptacula ſpecialia, alia quoque montium ſpatia, cuniculi videlicet haereditarii (Erbſtölln), peti atque concedi ſolent, quippe qui non ſolum commodis rei publicae inſeruiunt, dum in inferiora montium loca penetrant atque occulta recludunt, ſed etiam ipſis metalli-fodinis maximo emolumento ſunt. Legibus itaque metallicis ex hac cauſa iura ſingularia ac certa ſpatia, ne cunicularius (der Stöllner) in incoepto ſuo impediatur, vel damnum incurrat, ob cuniculos conceſſa

246) Chur-Pfälziſche Bergordn. d. a. 1781. art. 21. von Bergmaſen. Auctor diſſertatiunculae: das Rechtliche, bey der in Churſachſen und an andern Orten gebräuchlichen Vierung, in Lempe Magazin der Bergbaukunde, T. VI. p. 173. illam latitudinem quadraturam eſſe exiſtimat. Sed minus recte, vt opinor. Nam e lege memorata ſatis clare eluceſcit, illam aream eſſe aream quadratam, non vero quadraturam.

ſunt. Hinc in ſpatiis quidem cuniculis conceſſis longitudo infinita [247] datur eo conſilio, vt cunicularius haereditarius cuniculum ſuum, etiamſi ſit ramoſus, ſcilicet, quum per aliquod longitudinis ſpatium effoſſum ſit, in lateribus per ſaxa vlterius actus, neque tamen via recta omiſſa, quod opus alam cuniculi (Stolln-Flügel) nominare ſolent, vbique ac quousque ipſi lubet, et ratio locorum permittit, iure agere poſſit. Quod vero ad latitudinem et altitudinem ſpectat, res maxime vertitur in eo, vtrum cuniculus in area fodinarum conceſſa (Fundgruben und Maaßen-Feld), an in tractu montium libero agatur. Nam illo in caſu licet quidem cuniculario exſecare metallum ipſi inter fodiendum obvium, ſed intra certam tantum latitudinem et altitudinem, illam ſcilicet dimidiae orgyiae, hanc integrae orgyiae cum quadrante, quae permiſſio der Stollnhieb nuncupatur. Hoc vero ſi factum ſit, vt cunicularius cuniculum in tractu libero agat, altitudo ſpatii cuniculario competentis infinita eſt, et recta ad ſaxa inferna, ſine vlla limitatione, (bis in die ewige Teuffe) deſcendit, donec cuniculario exheredatione (Enterbung) iura eripiantur, *latitudo* vero *quadratura acceſſoria* definitur. Hoc tamen moneo, menſuras latitudinis et altitudinis eatenus tantum definiri debere, quatenus cuniculus actus eſt, ideoque ius in metallis cunicularió demum ipſo cuniculo acto enaſci.

§. 53.

De quadratura cuniculorum haereditariorum.

(Von der Vierung der Erbſtölln.)

Quadratura cuniculorum haereditariorum autem haud plane diſpar eſt ei, quae circa venas et ſtrata introducta eſt, ſcilicet acceſſoriae: nam quadratura principalis ideo circa cuniculos haereditarios locum non habet, quoniam cuniculus certam quandam directionem legalem ſequi neutiquam oportet. Illius autem menſuratio primum ex vtroque latere cuniculi, ſiue in vena, ſiue in ſaxo interuenio (Quergeſtein) actus ſit, [248]

247) Alt. Freybergſches Bergrecht, Sect. II. art. 19.

248) Churſächſ. Stollnordnung d. d. Dreßden 1749. art. XIV. die mit dem Stolln überfahrnen Gänge betreffend. Ein jeder Erbſtolln, er werde

tanquam e vena ſub rectangulo peragitur, atque deinde quoque eius menſura ſemper ei, quae ratione venarum locum habet, niſi legibus metallicis aliud expreſſe praeceptum ſit, aequiparatur. Ac id quidem, quod ego exiſtimo, fit propterea, quod ius quadraturae cuniculorum ſola translatione iuris quadraturae metalli-receptaculorum exortum eſſe videtur. In Saxonia Electorali igitur menſura quadraturae cuniculorum 7 orgyis 249) conſtat.

auf einem Gange oder durch Quergeſtein getrieben, hat ſeine ordentliche Vierung, nemlich 3½ Lachter im Hangenden und 3½ Lachter im Liegenden. Append. der Bergwerksgebräuche in Joachimsth. ad P. II. art. LXXVII. §. 1. Berg-Rechts-Spiegel, lib. II. c. XXXV. §. 14.

249) Vnica exceptio huius menſurae legalis olim obtinuit in praefectura metallica Altenbergenſi, et quidem quoad quadraturam cuniculi venae cumulatae ſtanniferae (Zwitterſtocks tiefen Erbſtolln), vbi quadratura communis iam anno 1503 et 1507 a duce Georgio ob maximas impenſas a cunicularii in cuniculum erogatas adeo aucta fuit, vt eius menſura ex vnoquoque latere cuniculi longitudinem demenſi duplicati (eines Wehrs), ſiue 14 orgyiarum complexa et nomine der großen Vierung ſiue der Freyheit, gauiſa ſit, intra cuius fines ius, omnes venas fibrasque, niſi alii iam eſſent conceſſae, in imam altitudinem proſequendi ac eruendi, cunicularii datum fuit, prouti hoc patet e duabus epiſtolis dotationis ducis Georgii, in Klotzschii vermiſchte Nachrichten zur Sächſiſchen Geſchichte, Tom. IV. Poſtea vero cuniculi ſocietas ipſa, cum ob venarum fibrarumque obuiarum abundantiam et crebritatem omnes venas colere plane nequiuerit, ſponte, quoad certam montis partem (unter dem Aldenberge herab), additis tamen quibusdam conditionibus, huic iuri renunciauit, et tantum pro ſola regione, gegen der Neuſtadt hinauf, dicta, id ius ſibi reſeruauit, ſicuti hoc in actis apud praefecturam metallicam Altenbergenſem proditum eſt, his verbis:

Auf heut Dinſtags nach Quaſimodogeniti Im 55. Jar, haben der gewerken vfn Tiffenſtoln alhier verordneter ausſchuß, nemlich Heinrich von Maltitz vff Dippelswalda Hans Chriſtoff von Bernſtein vf Borten Doctor Wentzel Naumann, wegen Michael Weidlichs zu Dreſden, Peter Alnpeck vor ſich dan neben Nickel Landsbergern, von wegen des Rats zu Freiberg, und Caſpar Roth vf Graupen, des ſtoln Gelegenheit notturfftig bedacht und beratſchlagt, Sich verglichen, vereiniget und bewilligt, auch dem Bergkmeiſter befolen, Nachdem Inen In Ihrer Freihet außerhalb der vierung allenthalben

Aliis vero in terris ſecundum cuiusuis propriam menſuram legibus metallicis de quadratura acceſſoria venarum conſtitutam eius menſura iudicatur.

> zu bauen nicht möglich, das der itzig und ein Jeder künftiger Bergkmeiſter In des ſtollns freiheit außerhalb der vierung under dem Aldenberge herab und nicht hinauf gegen der Neuſtadt im Nahmen der ſtoln gewercken Einen ieden ſo ein lehnſchaft oder gebeude muthen wirdet, umb das neunde verleihen ſoll, doch dem ſtoln an der vierung und ſtoln gerechtigkeit one ſchaden. Auch das den preibiſch und Sauel der Schurff darumb bishero zank geweſen, geliehen werden ſoll, In maßen wir itzo gemelt, doch das ſie von dem itzo gewonnenen vorrat das neunde von Zihen, und forthan die neunde fuhr den gewerken ſollen geben, und die Zech im Bergkbuch beſtetigen und vorſchreiben laßen.
>
> Actum Aldenberg den xxvj Aprilis Anno Lv.

et amplius:

> Donnerſtagk nach quaſimodogeniti des 55. Jhar haben die Hern gewerken des ſtoln der auſſchoß frey vorwilliget und vbergeben die groſſe fyrung die ſie zum ſtoln gehabt han, und wollen pey der gemeyne fyrung bleyben vnd wenden lan in der geſtalt, das alle kliſde vnd genge di mit den ſtoln vberfaren ſeyn vorligen werden dem ſtollen vnd Neunden ane ſchaden vnd der gemeyne fyrungk waß vnder dem altenperge vberfaren iſt. Nach der Neyſtadt zu haben ſie jetzunder zu forbehalten piß vff eynander zeytt. Dobey iſt geweſt Heinrich von maltitz vff thipeltzwalt Hans Criſtoff von bernſtein, peter altpeck vnd Nickel lanzperger von wegen eynes Raths von freibergk Doctor Naumans ſon von Schleiniß Erben wegen. von Grauppen Chriſtoff Clauß.
>
> Von wegen meines Gnedigen Herrn Hans tot amptman. M. S.
>
> vid. Beytrag alter Nachrichten von dem Zienbergwerk zu Altenberg in Sammlung vermiſchter Nachrichten zur Sächſiſchen Geſchichte, Tom. IV. p. 245.

Quo ex iure magnae quadraturae ſimul, vt opinor, deriuandum eſt aliud ius, illis quidem cunicularii competens, intra fines areae, quae ſocietati venae cumulatae ſtanniferae Altembergenſis conceſſa eſt, ex vtroque latere cuniculi culturam propriam latitudinis demenſi duplicati exercendi (einen beſondern Maaßenbau zu treiben), quoniam area ea, quae

Verum exceptio occurrit in Auſtria. Ibi enim, et quidem in Auſtria anteriori, quadratura cuniculorum, Scherm vocata, vel 50 vel 40, in Auſtria inferiori vero 56 orgyiis ſeu 8 demenſis ſimplicibus abſoluitur. Menſura in illa ad latus quod petitori placuit, in hac vero bipartita ex vtroque latere componitur.[250]

Differt porro menſura quadraturae cuniculorum in dynaſtia Homburg,[251] vbi quidem ea per $17\frac{5}{7}$ org. procurrit. Quocum conſentit ius metallicum Iuliacenſe et Montenſe.[252]

audit eine Maaß, in praefectura Altenbergenſi, (vid. ſupra §. 44.) demenſo duplicato (einem Wehr), ſeu 14 org. conſtat.

250) Vorder-Oeſterreichſche Bergwercks-Erfind- und Ordnung d. a. 1731. §. 11 et 13. Nieder-Oeſterreichſche Bergwercks-Ordnung d. a. 1553. art. XXVI.

251) Homburgſche Bergordnung, art. XI.

252) Jülich- und Bergſche Bergordnung, art. V.

II.

PARS JVRIDICA.

PARS IVRIDICA.

DE IVRE QVADRATVRAE.

(Vom Recht der Vierung.)

Sectio I.

De natura juris quadraturae.

I. de notione.

§. 54.

Jus quadraturae (Vierungsrecht, Vierungsgerechtigkeit vel, vti quidem nonnullis in provinciis, inprimis Rhenanis, adpellari solet, Schachtrecht) est complexus iurium realium et obligationum, legibus definitorum, quae investito ob quadraturas competunt atque incumbunt. Hoc tamen ita accipiendum est, vt jura per ipsas leges nonnunquam limitentur. Cum vero, quantum quidem scio, adhuc vsque nemo iureconsultorum dubitaverit, quin haec jura ei rei, quae iure metallico concessa est, quatenus ea quadratura gaudet, tanquam aliquod reale inhaereant, igitur juribus realibus annumeranda sint, superest, vt de solis limitibus verba faciam.

II. de limitibus.

§. 55.

Praeter fines *ordinarios*, qui quadraturas, [253]) hinc jura quoque iis annexa in suo complexu coercent, leges metallicae adhuc limites quosdam *extraordinarios* constituerunt, quibus illi denuo aliquando restringuntur, quosque, respiciens ad hoc, quando locum sibi vindicent, commode in *generales* et *speciales* dividi posse puto.

A) *De generalibus.*

§. 56.

1) *De finibus territorii, sive de finibus regalis metallici.*

Ac primo quidem ex his finibus quidam e iure metallico publico originem trahunt, propterea, quod provinciarum territoria in locis subterraneis eodem modo distingui [254]) manifestum est, quo secernuntur in terrae superficie. Itaque ex hac rei indole quaestio, et grauitate sua inquisitione digna, et in consequentia iucunda, et metalla colentibus nonnunquam mirum in modum vtilis, oritur:

vtrum jus quadraturae vltra fines territoriales extendi possit?

253) Vid. supra §. 30 seqq.

254) Qui, quam stricte fines territoriales in locis subterraneis observentur, videre cupit, descendat penetretque in stannifodinas utriusque, Bohemici, puta, et Saxonici, Zinnwaldi, quippe in quibus in confinio positis paria strata sibi contigua coluntur.

Quam ad quaestionem quin negando debeat responderi, nulli dubitamus. Etiam princeps subditis suis ius in alieno territorio exercendum concedere nequit. [255]) Ergo quoque non licebit, sub specie juris quadraturae principem vicinum in suis possessionibus turbare et sub hoc praetextu quasi per spolium invenienda ibi metalla auferre. Fieri tamen potest, vt quis expresse metalli-receptaculi aut alius spatii, veluti quadraturae, concessionem a principe vicini territorii impetraverit, [256]) qua data metalla ibi effodere quidem, sed ex singulari tantum licet iure. Id si concedatur ita, vt is, cui conceditur, a judice metallico alterius territorii modo investiatur ordinario, ea concessio ex iure communi diiudicanda est, et area concessa pro separata a reliqua, quam investitus possidet, habenda erit: si vero per pactum concessio fiat inter duos reipublicae Germanicae status, vt hinc judici metallico in territorio concedentis nihil juris in rem concessam sit relictum, exercitium eius, quod concessum est, species dici potest servitutis juris publici. Hoc tamen, vtrum vspiam vere ita factum inveniatur, argumentis satis firmis evincere nequeo.

255) Priscos hac de re dissensus, qui incongruae iuris Romani adplicationi ad jus metallicum Germanicum originem debent, silentio praetermitto, quoniam Beyervs in otiis metallicis T. II. p. 291. iis iam satisfecit, et alii ibique citati.

256) Sic comites Reuss cum suis sociis concessionem venae des Becheder-gangs in fodina Leonhard, quatenus extra fines suos in Bohemiam decurrebat, ao. 1480. a Wladislao, Bohemiae rege, expresso nomine petierunt. Cfr. Beckleri Stemmatogr. Ruth. fol. 67. seqq.

§. 57.

2) *De fluminibus hereditariis.*

Venas per flumina hereditaria, si nimirum sub his subrepunt, in duas partes, quas medium flumen dispescit,[257]) dividi, ac vnius cuiusque partis concessionem speciali nomine peti debere, jam supra dictum est.[258]) Id a majoribus ita in jure metallico receptum, et ad nos translatum est. Cuius rei solida ratio non liquet, nisi statuas, illos, quemadmodum in terrae superficie flumina naturales aliquos constituant fines, ita quoque putauisse ea subterraneos distinguere tractus, quamvis, hoc sumto, contrarium receptum sit in hoc, quod, fluminis licet alveo mutato, constituti tamen venarum fines non simul mutentur;[259]) vel, cum flumen plerumque sit inter dua acclivia, venaeque montibus quasi sint propriae, simulque subter flumen difficilior sit transitus, quod, medium vallis finem aliquem venae efficere debere, existimaverint; vel, quod vero admodum mihi videtur simile, quod antiquissimis temporibus non ausi sint, venam subter flumina

257) Vid. §. 12. cap. 4. S. II. Berg-Bauſpiegel: Wenn auch ein erſchürfter Gang über einen Waſſerfluß, der ein Erbfluß iſt, ſetzet, ſo wird das Theil des Ganges über dem Waſſer ein Gegentrum genannt. Es werde der Gang, auf welcher Seiten er wolle, erſchürfet, ſo kann der Finder oder Fundgrübner ſeine Fundgrube oder Maaſſen weiter nicht, denn bis an denſelben Erbfluß, ſtrecken, und hinüber nicht. Append. Joachimsthal. Bergwerks-gebr. Part. II. ad art. 27. n. 1. von Schönberg Berg-*Inform.* part. 1. p. 116. §. 22.

258) Vid. §. 25. in fine.

259) v. Schönberg. l. l.

persequi, metu ducti, aquam in specus fore penetraturam. Nunc vero exoritur quaestio, *quis sit effectus fluminum hereditariorum respectu quadraturae?* Non obscurum est, quo ea quaestio solvi debeat modo. Nam cum jus in venae parte, quae trans flumen tendit, non nisi nova investitura acquiratur, ac insuper flumina hereditaria finibus territorialibus aequiparentur,[260]) quis dubitabit, quin ius quadraturae, tam principalis quam accessoriae, in dimidio flumine hereditario finiatur. Scilicet ipsa quadratura accessorium tantum venae sive metalli-receptaculi est. Quodsi igitur ne principale quidem transgreditur medium fluvium, multo minus id de accessorio erit statuendum.

B) *De specialibus.*

§. 58.

Limites juris quadraturae speciales, qui e legibus metallicis oriuntur, diligentius demonstrari et definiri commode non possunt, nisi prius respiciamus ad *triplex*, quod in hac re observari debet, *jus prioritatis metallicae*, scilicet prioritatis vel *temporis* vel *metalli-receptaculi* vel *metalli ipsius*, quorum quam commodissime istud *senioratus*, quae denominatio doctoribus metallici iuris iam frequentissima est, illud *majoratus*, in cujus vocis electione excusationem peto alicui juris feudalis accommodationi, hoc, si formationem

260) Hellpolierter Berg-Bauſpiegel, L. II. cap. 4. §. 13. Wie von dem Waſſer und Erbfluß, welches ein Gegentrum machet, gemeldet worden: alſo hält es ſich auch mit einer Land-Grenze.

vocabulorum aequalem retinere licet, *nobilioratus* appellari poterit.

§. 59.

De jure prioritatis metallicae ratione temporis. [261]

Jus prioritatis metallicae ratione temporis seu *jus senioratus metallici* (das Recht des Alters im Felde) est ius, quo *senior juniorem* quoad possessionem retinendam praecedit, si eorum fodinae, modo pari sint in causa, inter se collidantur, quod, vt infra latius explicabitur, vario fit modo. *Senior* (der Aeltere im Felde) autem dicitur is, qui ex prima inventione vel ob petitionem metalli-receptaculi jus prioritatis in sua area concessa citius legali modo acquisivit: *junior* (der Jüngere) vero, qui post hunc in eodem districtu metallis investitus est, etiamsi prius illo petierit. Nititur igitur hoc ius vel *in tempore inventionis* et *detectionis primariae* sive fossionibus subdialibus (beym Schürfen) sive perfossionibus subterraneis (beym Ueberfahren) factae, vel *in tempore petitionis*, (Muthung) quippe cujus hora dies et consul in schedula petitoria, vti supra monui, expresse significandi sunt. In inventione vero nititur propterea, quoniam inventor, cum concessionem petierit, tali iure praelationis gaudet, vt ipsi nemo in concedendo praeferatur, secundum regulam iuris metallici (der erſte Finder ſoll auch der erſte Muther ſeyn.) [262])

Vt

261) Praeclarissime hoc de jure disseruit Diezius in disputat. juris metallici de jure senioratus metallici. Erford. 1727.

262) Vid. part. prodrom. §. 17. de inventione.

Vt tamen hoc ius acquiri possit, necessarium est, vt inventor etiam fossam, in qua metalli-receptaculum conspicuum sit, fecerit. Scilicet ad hanc praeoccupatam possessionem, e qua jus senioratus derivatur, demonstrandam ipsa fossa, in qua vena inventa atque detecta est, patere debet. [263]) Nam inventio primario, petitio concessionis autem secundario, vtraque tamen pro forma essentiali et legali modo, jus senioratus acquirendi, requiruntur, argumento regulae juris metallici (nicht die erſte Muthung ſondern die erſte Findung giebt das Alter im Felde.) [264]) Quodsi vero, quae inventio et detectio prima fuerit, probari plane nequeat, aut si ea, quae prima est, vitiosa deprehendatur, tunc ius senioratus ad prius

263) Vid. Leyservs in jure Georg. Lib. III. c. 24. §. 88. et Koehlervs in l. l. Abſchn. I. cap. VI. §. 6.

264) von Schönberg Berg-Information, p. 2. Aeltere und Jüngere im Felde §. 1. Nicht die ältere Muthung ſondern die erſte Erfindung des Ganges giebt das Alter im Felde; wer demnach einen entblößten Gang gemuthet, darauf beſtätigt, und nicht wieder ins Freye kommen laſſen, der hat vor dem Nachfolgenden, ob dieſer gleich ehe Kübel und Seil eingeworfen, oder auch der Gang in der Grube aus ſeiner Stunde käme, die Erſtigkeit und das Alter und muß der Jüngere weichen, wenn der Aeltere auf ihn mit offenen Durchſchlägen und dahin gebrachten Saalbändern ſeines Hauptganges oder darauf gekießten Trumes erweiſet. Joachimsthal. Bergordn. part. 2. art. 1. Append. der Bergwerksgebr. ad art. 2. p. 2. n. 4. Span 600. Bergurth. no. 187—200. Herttwichii Bergb. s. v. Aeltere und Jüngere. Conſ. Des Hochlöbl. Erzſtiffts Salzburg Perckwerchsordn. §. XIV. Niederöſterreich. Bergordnung art. 12. Braunſchweig-Lüneburg. Bergordnung part. 2. art. 1.

petentem devolvitur.[265]) Postremo, quodsi duo vel plures petitores adsint, quibus concessio venae confirmanda est, non omnes vero venam denudaverint et magistro metallico demonstraverint, quod quidem lege ad concessionem impetrandam requiritur, tunc is eorum jus senioratus acquirit, qui venam revera denudavit, etsi serius reliquis petierit.[266]) Vtriusque vero medii senioratum constituendi fundamentum est regula iuris: *prior tempore, potior iure*:[267]) *modo pa-*

265) Vid. Koehlervs l. l. Abſchn. II. cap. III. §. 2. Neue Bergordn. des Eislebiſchen und Mannsfeldiſchen Bergwerks, d. a 1673. art. XX. Vom Beſtätigen. Aus dieſer Muthung, darauf erfolgten Beſtätigung und der Beleihung, erlangt der Muther das Alter, alſo daß er den Jüngern, der in ſeinem Felde mit Bergbauen befunden wird, austreiben kann, und ihm derſelbe, wenn er gleich ehe Kübel und Seil eingeworfen, oder den Schiefer eher entblößet, weichen muß. Cons. Heſſen-Darmſtädtiſche Verordn., die Freyheiten des Bergbaues betreffend, d. a. 1774. art. II. Der Muther ſoll von dem Bergmeiſter ſogleich einen Schein, daß die Muthung eingegeben worden, empfangen, und damit das Vorrecht vor andern erwerben. Sententia quam exhibuit Diezivs l. l. cap. II. §. 3. würde der letztere Muther, daß er den Gang zuerſt erſchürft und augenſichtig gemacht, gebührend darthun: ſo hat er auch billig des erſten Finders Recht, und mögen dem erſten Muther nur die Maaßen verliehen werden: es könnte denn dieſer bercklaufftiger Weiſe ihn überführen, daß der Schurff drey Tage ohne Arbeit gelegen, ſo genöſſe er ſolches nicht unbillig.

266) Churſächſ. Bergordn. art. VII. Eibenſtock. Zinn-Bergord. art. I. §. 1. Cons. art. LX. Bergordn. für das Herzogth. Bayern ꝛc. d. a. 1784. Wenn zween oder mehrere im ganzen Felde Muthung einlegen, ſoll demjenigen aus ihnen, der zuerſt ſeinen Gang entblößet, und vor der Beſtätigung dem Bergamte vorgewieſen hat, als erſtem Finder, wenn er gleich mit der Muthung jünger wäre, das Alter zuſtehen und bleiben.

267) L. 9. pr. L. 11. D. qui pot. in pign.

res sint in causa, [268]) ex quo simul fluit, vt omnis concessio metalli salvis concessionibus prioribus fieri debeat. [269]) Ita quoque ius senioratus metallici locum obtinet in concessionibus seu privilegiis, quae adpellant generalia. [270])

268) Barbosa loc. comm. h. v. ax. 2.

269) Vid. sentent. Scabinat. metall. vallis Joachimici d. a. 1606. in Span. Bergurth. Nr. 44. Allgemeines Geſetzbuch für die Preußiſchen Staaten, T. IV. Part. II. tit. 16. §. 352. Alle Bergwerksbelehnungen geſchehen ältern Rechten unbeſchadet, und die jüngern müſſen den ältern weichen.

270) Span. Bergurth. Nr. 91. Unſer ꝛc. Auf euer Frag und zweyer Privilegien Abſchrifft, die ältere auf Alaun und Vitriol, oder was ſich ſonſt zu ſolcher Art und Kupfferwaſſer ziehen und vergleichen möchte, ſo am Tag und in künfftiger Zeit ober der Stadt C. möchte entblöſt werden, und das jüngere Privilegium auf ein Kieß- und Schwefelbergwerk daſelbſt gegeben, ſprechen wir, haben die Gewercken bemelten Alaunbergwercks in ihrer Vierung nach dem Alaunertz auch Schwefelkieß mit ihren Unkoſten antroffen und erbauet, So verbleibt derſelbe Kieß und Schwefel, als den erſten Findern und ältern Privilegirten Gewerken, ungeacht euers darnach über Kieß und Schwefel außgebrachten ſonderbahren Privilegien, billich, V. V. R. W. 16 Julij, 1589. Joachimsthal. — Quodsi alicui privilegium ratione cuiusdam metalli tale, quo alios impedire potest, sive privativum, pro certo districtu datum sit, alius, cui certum metalli receptaculum concessum est, vi iuris quadraturae neutiquam id metallum, cuius effossio illi privilegiato concessa est, acquirere potest, quod exempli gratia patet ex verbis in medio diplomatis Bavarici, quod cum eruditis communicavit sub inscriptione: Berg-Freyheiten des Gallmey-Bergwerks zu Rauſchenberg, von Max. I. Churf. Chriſtian Schwarzer ertheilt, München 28ſten Jen. 1636 Lori in Sammlung des Bayeriſchen Bergrechts p. 416. et ex duabus sententiis scabinat. metallici Fribergensis ad requisitionem quorundam metalli cultorum Quedlinburgensium a. 1694. latis,

Ceterum per ſe patet ius ſenioratus exſpirare, ſimulac ius ſodinae amittitur.

quas e Herttwich Bergbuch s. v. Gang §. 40. * et ** huc transſcribo. Harum altera ita concepta eſt: Ob zwar Sempronius in dem Territorio nach Erz-Gängen oder Mineralien mit Beſtande nicht ſchürffen, noch Muthung ſuchen kann, ſo lange ſich Titius nach der General-Muthung in der That Bergmänniſch erweiſen, und das intereſſe publicum dadurch nicht etwa vorſetzlich hindern und hemmen wird. Daferne er aber dennoch mit ſeinen verliehenen Steinkohlen, oder auch den gemutheten Eiſen-Stein-Gängen, ander Erz und Mineral zufälliger Weiſe überfahren ſollte: ſo möchte er auch dieß Orts (weil es der Gewerkſchaft ipſo iure nicht zuſtändig, weniger die Vierung beym Steinkohlen bräuchlich, noch ſich deren beym Eiſen-Stein-Gange, wegen Titii im Wege liegenden General-Muthung, nach andern Gängen füglich zu gebrauchen iſt,) gar wohl eine beſondere Muthung einlegen, und wäre dieſelbe ihme, als erſten Finder, des Titii General-Muthung halber, mit Beſtande keinesweges zu verweigern. Altera ſententia haec eſt: Ob nun wohl D. Keppen und Conſorten in ihren verliehenen Stein-Kohlen-Gruben den Eiſen-Stein erbrochen, und es dahero das Anſehen gewinnen will, ob müßte denenſelben das Recht des erſten Finders dießfalls zu ſtatten kommen; dieweilen aber dennoch mehr hochgedachte Fürſtliche Conceſſion privative geſchehen, wodurch Herr Inſpector Wichmannshauſen, und nachgehends deſſen Ceſſionarius den vollſtändigen Gebrauch und Nutzbarkeit des Eiſen-Steins überkommen, alſo, daß ſie an dem exercitio und Genuß von niemanden gehindert, noch ihnen hierinnen, uff dem verliehenen Hoch-Fürſtlichen Stiffts-Gebiethe und Qvedlinburgiſchen Diſtrict, einiger Eintrag gethan werden mag; Allermaſſen denn in einem ſolchen, was allbereit acqviriret und gleichſam ausgenommen iſt, kein Freyes, daß darinnen das Muthen, und was ſonſten zu Bergrecht ein ius zu geben ſcheinet, ſtatt finden könnte, mehr vorhanden; So iſt auch der Herr Hoffrath Wichmannshauſen, des in beſagter Stein-Kohlen-Gruben befindlichen Eiſenſteins, der von Herrn D. Keppen und Conſorten beſchehenen Muthung ungeachtet, ſich anzumaaßen, ſelbigen zu gewinnen, und gegen billig-mäßige Steuer, durch derer Stein-

§. 60.

2) *De jure prioritatis ratione metalli-receptaculi.*

Ius prioritatis metalli-receptaculi, seu, si novo nomine appellare liceat, *ius maioratus metallici* (die Priorität der Lagerſtätte) est ius, quo *maior minorem* quoad jura concessa praecedit, si eorum fodinae inter se collidantur. *Maior* vero sit is, qui concessionem *venae*, et *minor*, qui concessionem *strati* petiit.[271]) Prioritatem metalli-receptaculi itaque

Kohlen Gewerken, Strecken und Schächte zu Tage auszufördern, wohl befugt. V. B. R. W.

271) Churſächſ. Bergordn. d. a. 1589. art. XXII. von Zwitter-, Kies- und Eiſenfletz, und deren Gerechtigkeit. Weil auch auf unſern Silberbergkwergen etzliche Zwitter-, Kies- und Eiſenfletz erbauet und vorliehen ſind, und aber im vorgehenden 7ten Artikel geſezt, das die Bergkmeiſter nicht anders denn auf Klüſten und Gengen vorleihen ſollen, So ordnen und wollen wir das keiner mit ſeinem Zihn, Kies oder Eiſenfletz auf den Silbergengen einige Vierung noch gerechtigkeit haben, erlangen oder bekommen ſoll. Cons. Hohenſtein. Bergordn. art. CL. Gräfl. Schwarzburg. Bergordn. d. a. 1686. art. 145. — Decisum supremi collegii metallici Fribergensis in causa ſodinae Neujahr Fdgr. contra ſodinam St. Catharina zu Rauſchau, quod e Diezii dissertatione de iure senioratus metallici huc transcribo: Obwohl auf die von denen Gewercken, der Neu-Jahrs-Fundgrube, und nechſten Maaſſe in der Rauſchauer Gemein-Holz geſuchte und Ihnen verſtattete beſſere Ausrichtung ihres auf den Catharinen Gang daſelbſt angemaſten Beweiſſes ſich nachgehends befunden, daß ſie ihren Beweiß nicht, wie es bey voriger Beſichtigung das Anſehen gehabt, daher auch der damahlige Beſcheid darauf alſo abgefaſſet, auf zweyerley Gängen verführet. Nachdem aber aus dem Augenſchein, derer darüber verfertigten Riſſe, und derer Berg-Meiſtere zu Freyberg und J. Georgen-Stadt, auch dreyer verpflichteter Marckſcheider Bericht, und Ausſage zu befinden, daß der Neujahrs-Zwitter-Gang, nicht vor einem dem Fallen nach ſtehenden, und unter ſich, in die Teufe ſetzenden,

clare demonstrat schedula petitoria, in qua, vtrum vena, an stratum petitum sit, disertis verbis exprimi debet. [272]) Ita vena investitus potior est iure, ideoque, licet sit *iunior*, seniori stratario, ei scilicet, qui prius strato investitus, praeferendus est. Fundamentum vero huius fauoris legalis WERNERVS in eo collocat, quod non solum venae stratis difficiliores asperioresque sint cultu, et, is, penes quem sunt maiora incommoda, vt maiora quoque commoda habeat, aequitati consentaneum sit: sed etiam, quia venae potissimum metalla nobiliora gignant. Praeter haec argumenta tertium etiam habe hoc, quod generatim cultura venarum prius exercita fuerit, quam stratorum. Vnde, vt opinor, non aliter

ſondern vor einen ſchwebenden Gang oder Flötz zu halten ſey, der ſeine Saalbänder nicht in hangenden und liegenden, ſondern allein Dach und Sohle führet, und mit dem Gebürge ſich nieder und wieder in die Höhe ziehet, und alſo zwey Ausgehende hat; So haben bey ſolcher Beſchaffenheit ermeldte Neujahrs-Gewerken, denen Berg-Gebräuchen, und Ordnungen nach, damit keine Gerechtigkeit auf der Cathariner ſtreichenden Silber-Gang gebracht, darum auch dieſe auf ſolchen ihren belehnten Gang, ſich ihres Fundrechts mit Anmaaß-, Weghau- und Zugutmachung ihrer Erze und Anbrüche ferner ungehindert zu gebrauchen. Freyberg den 5ten Januar 1687. Churfürſtl. Sächſiſch. O. B. Amt daſelbſt. — Berg-Rechts-Spiegel p. II. cap. IV. §. 5. Nachdem wir denen Bergmeiſtern befohlen, daß ſie allein auf Gängen, Klüften und Geſchicken verleihen ſollen, daß haben wir dahin gemeynet, daß ſolche die Gerechtigkeit auf den Bergwerken vor den Flötzen in alle Weg erhalten ſollen, und aber gleichwohl im Königreich Böhmen auch allerley Flötze erbaut werden, ſo verordnen wir hiermit, daß die Bergmeiſter auf den Flötzen, die für keinen flachen Gang zu erkennen, dergeſtalt zu verleihen, daß ꝛc.

272) Vid. supra part. prodrom. §. 18. nr. 7. pag. 20.

fieri potuit, quam quod his iura tribuerentur salvis iuribus illius. Id autem, quod pro argumento posui, ita factum esse, vere est simillimum propterea, quod strata rarius sub dio sint conspicua, venae frequenter, vt hanc ob causam facilius investigari, quin statim in oculos incurrere potuerint venae capita, quod in stratis difficilius, saltim rarissime, factum est. Praeter strata specialia et stratorum moles ad minora receptacula adhuc referuntur venae cumulatae, de quibus in Bavaria expressa circa hanc qualitatem lex exstat, [273]) et ea metalli-receptacula, quae cum his aequiparantur, quin et venae comites atque fibrae, [274]) quae venae principali se adiungunt. Neutiquam vero ad minora referuntur arenae metalliferae, [275]) (Seiſſen) idque sine

273) Bergordnung für das Herzogth. Bayern, d. a. 1784. art. LIX. Es ſollen folglich alle Stockwerke, in welchen weder Hangendes noch Liegendes zu erkennen iſt; dann die Flötze oder ſchwebende ſonſt ſöhlich liegende Gänge, welche geviertes Feld und ihre Gerechtigkeit ſeigergerad nieder haben, ob ſie gleich älter belehnt wären, von einem durchſtreichenden Gange die Vierung leiden.

274) Vid. supra. part. prodrom. §. 29. VI. Arg. sentent. scabinat, metallic. Fribergensis d. a. 1688 in Herttwichii Bergbuch s. v. Abkommen. Muthet Sempronius einen Hauptgang, Titius aber wenig Zeit nachher den Beygang; ob nun wohl Titius, weil Sempronius als der ältere mit ſeiner Fundgrube unten liegt, ſolcher des Sempronii Hauptgang aber mit einem Querſchlag im andern Lachter erreichet und erbrochen hat, dafern er aber dennoch von ſeinem Beygang kein richtiges Saalband anzuweiſen hätte, ſondern ſelbiger nur vor ein bloßes Abkommen von des Sempronii Hauptgange zu achten; ſo möchte er ſich auch, dieſem zum Nachtheil der Vierung keineswegen gebrauchen, ſondern er müßte vielmehr auch an ſeinem eigenen Beygang, den ältern dieſelbe laſſen und geſtatten. V. B. R. W.

275) Sententia scabinatus metallici Fribergensis ad requisitionem Barbaren

dubio propterea, quod venae multo antiquiores, arenae autem laxiores sunt, quam quod illae crustis manifestis per arenas metalliſeras permeare possint.

Eſaias Siegels Wittib, zur Schönhayde den 5. Mart. 1655. lata: Auf euere uns überſchickte Frage: ob nehmlich ein fündiger Gang, der durch ein Seifen≠Gebürge ſtreichet und ſetzet, auch die Muthung des Ganges uff Gänge, Fletz und alle Metalla, was der liebe Gott diß Orths beſcheren möchte, eingerichtet, und darauf alſo verliehen worden? (ungeachtet der Gang in der Belehnung jünger, als das Gebürge) vermöge zugetheilter Vierung und Gerechtigkeit, ſich nicht des Rechts in dem Gebürge zu gebrauchen und wegzuſeiffen Macht hätte? Worüber bey uns ihr euch des Berg⸗Rechtens zu belernen gebethen habt: Erachten wir Bürgermeiſter und Rathmanne der Churfürſtl. Sächſiſch. alten Bergſtadt Freyberg, nach fleißiger Vorleſung und Erwegung ſolches Berg≠Rechtens zu ſeyn: daß der Gang an dem Seiffenwerk einiger Vierung ſich nicht anzumaßen habe. V. V. R. W. A iure metallico Saxonico vero discrepat in ea re ius metallicum Bohemicum, secundum quod venis per arenas metalliſeras tendentibus ius majoratus competit. vid. Bergrechts≠Spiegel, P. II. cap. 43. Geld≠Ordnung, Art. 8. Wenn es ſich begiebt, daß durch einen verliehenen Saiffen Gänge ſtreichen, ſo ſollen die Gewerken, welche auf den Gängen belehnt ſind, die Gerechtigkeit erhalten, und obgleich die Saiffner ältere Belehnung hätten: woferne aber die Saiffner mit ihren Röſchen und Saiffenwerk Gänge entblößeten und gebührlicher Weiſe vermöge der Ordnung muthen und in Lehn nehmen würden, darauf ſollen ſie die Gerechtigkeit gleich andern Gewerken und keiner andern Geſtalt haben und erlangen. Quodsi vero vena manifestis crustis per arenas metalliſeras tenderet, tunc nullum adesset dubium, quin tali venae ius maioratus respectu quadraturae accessoriae competeret. Nam arenis metalliſeris investitos minori ſauore legali gaudere, iam ex eo adparet, quod eis aquae ad machinas necessariae non concedi soleant, nisi sub conditione, vt, si his aquis ad vtiliora opera, vti sunt metalli fodinae venarum, opus esset, eae his dentur. Altenb. Zin≠Ordn. art. 30. Cons. Hengſt. Zinbergwerksordn. P. I. art. XXI.

Ea tamen, quae explicavi, non sunt sine exceptionibus, si perscrutemur leges diversarum provinciarum metallicas. Ita nullus maioratus metallicus viget in ducatu Würtembergensi, et prioritas ibi omnis, licet metalli-receptacula sint diversi generis, a senioratu pendet. [276])

§. 61.

3) *De iure prioritatis metalli.*

Ius prioritatis ratione metalli sive *ius nobilioratus* (veniam peto verbo) *metallici* (die Priorität des Foſſils) est jus, quo *nobilior viliorem* quoad possessionem praecedit, si eorum fodinae inter se collidantur. *Nobilior* metallarius dicitur is, cui metalla superiora, vt aliquando vocantur, seu nobiliora, (hohe, edle Metalle) scilicet, quae in pretio metallis dato praestantiora sunt, *vilior* vero, cui metalla inferiora s. viliora (niedere, unedle Metalle) concessa sunt. [277]) Ad illa referuntur aurum et argentum: ad haec vero cuprum, ferrum plumbum, stannum, bismuthum, antimonium, etc. Non tamen hoc in vniversum ita statui debet. Nam alicubi ex his, quae inter viliora posui, metallis hoc vel illud ad nobiliora refertur. Talis exceptio occurrit in praefecturis metallicis,

276) Würtemberg. Bergordn. P. II. art. XII. »Da aber ein ſtreichender Gang durch ein gevierdt Feld ſtriche, und der ſo das gevierdte Feld gemuthet hat, mit ſeiner Muthung älter iſt: ſo kann ſich der, dem der ſtreichende Gang zuſtändig iſt, keiner Vierung behelfen, ſondern ſo lange der ſtreichende Gang im gevierdten Feld bleibt: ſo nimmt der das Erz hinweg, dem das gevierdte Feld zugehört. Wann aber deß auf dem ſtreichenden Gang Muthung älter iſt: ſo muß der im gevierdten Feld weichen, und hauet der auf dem ſtreichenden Gang alles Erz in ſeiner Vierung des Liegenden und Hangenden hinweg.

277) Vid. part. prodrom. §. 18. de petitione concessionis, pag. 20. nr. 7.

Annabergensi et Marienbergensi, in quibus etiam stanno ius nobilioratus competit. [278]) Is igitur, qui viliorum solorum exercitium sibi concedi petiit, tantum talia eruere potest, nobiliora metalla vero forsan eruta, nisi statim eorum quoque secturam impetraverit investitura, principi tradere debet: [279]) cum e contrario ei, qui nobiliorum petiit, sive per modum venae sive strati, omnia genera metallorum effodere liceat. Petitio vero hoc ius accurate determinat, ita vt ad nobilioratum nil conferat, vtrum vena hic sit argentifera illic plumbifera, dummodo argentum petitum sit, [280]) et nihil intersit ratione nobilioratus, vtrum concessio a principe, an a vasallo, regali certae metallorum speciei investito, petita sit. [281]) Nobilioratum denique recte in fundis eorum, quibus regale metallorum viliorum datum est, exercet is, cui regale nobi-

278) Vid. Churf. Auguſti Zinn-Ordn. auf St Anna- und Marienbergk und in Buchholz d. d. Torgau 1. Jan. 1561, in Lempii Magazin für die Bergbaukunde T. VIII. p. 238 ſqq. recusa, art. 5. Wiewohl in Unßer Silb rbergkordn. in $\frac{2}{2}\frac{2}{8}$ Artikul begriffen, uud wir gnädigſt nachgelaſſen, auf den Zwitter, Kieß- und Eiſenflötzen ſowohl als auf Gängen zu verleihen, doch daß man mit den Flötzen keine Vierung auf Silbergängen erlangen ſoll, wie wir denn nochmals nichts anders geſinnet, ſo befindet ſich doch, daß auf viel alten und neuen Zechen Zwitter brechen, und Ganghaftig befunden werden, dieweil aber etzliche Gewerken nicht anders als auf Zienwerk und nicht auf Silber gemuth, So wollen wir hiermit gnädigſt willigen und nachlaſſen, daß ein jeder Zwitter-Gangk in dieſer Bergkrefier, ſofern derſelbe mit Verreceſſung und andern in ſeinem Alter erhalten worden, ſeine Vierung und Gerechtigkeit auf den jüngſten Belehnten, es ſey auf Silber oder Zwitter haben und erlangen ſoll; daß aber hierinnen auch nicht Vortheil geſucht werde: ſo ſoll der Bergkmeiſter keinen geſtatten, weß Silbergänge augenſcheinlich oder darauf zuvor uf Silber gebaut worden, daſſelbe uf Zienwerk zu muthen oder zu verreceſſen.

279) Vid. Span. Bergurthel nr. 477. 479 et 480. et von Wagner über die Churſächſ. Bergwerksverfaſſung, pag. 21. not. a.

280) Beyeri otia metallica, T. I. p. 219 sqq.

281) Ibid. p. 223. sqq.

liorum metallorum competit. [282]) Nobilior itaque metallo potior iure; et praeferendus est, etsi minor sit, viliori, licet hic sit maior seu vena investitus. Cuius privilegii fundamentum ex sententia Werneri hoc est: primum, quod nobiliora metalla simul plerumque difficiliora sint adeptu, deinde quia rariora sunt inventu, et denique, quoniam, si ad quasdam eorum affectiones respiciamus, maiorem vtilitatem rei publicae afferunt. [283]) Si quartam rationem addere liceat, res in eo versari videtur quod metalla nobiliora prius ad regalia relata sint, quam viliora. [284]) Antequam igitur id factum,

282) Ibid. pag. 220. et document. 105. quod Horn in Lebens- und Heldensgeſchichte Friedrichs des Streitbahren sub nr. 105 p. 720 publici juris fecit et cujus verba huc pertinentia ita fluunt. Wir Balthaſar Wilhelm Friedrich vnd Wilhelm Gebrüder vnd Gevettern von Gots gnaden Lantgrafen zu Duringen vnd Marcgrafen zu Miſſen bekennen vor vns vnſer erben vnd nachkomen vnd tun kunt offenlich mit dieſem Bryve allen den die In ſehn ader horen leſen daz wir mit dem Edeln Ern Henriche vnd Ern Henriche Gebrudern Ruſſen von Plawen Heren zcu Groycz vnſern lieben getreuwen vnd alle iren Erben vmb daz bergwerg vff alle iren gutern geteidinget vnd uns mit yn voreynt haben vnd obirkomen ſyn in aller Maſſe alß hirnach geſchrieben ſtet. Czu dem erſten ſollen wir alle gerichte vnd recht haben vff allen ſilbergengen vnd goldgengen vff allen der Ruſſen gutern virdehalb lehn vff daz hangende vnd virdehalb lehn vff daz legende.

283) Cuius favoris manifestum signum patet quoque e Kaiſer Rudolphi II. Land-Berg-Ordnung uffn Joachimsthal p. 2. tit. 2. Nachdem auch in unſern Königreich Böhmen und deſſelben incorporirten Landen viel Eiſenhämmer, Alaun und Vitriol ſowohl auch Schwefelbergwerk in esse ſeyn, von denen man ietziger Zeit derſelben Sachen eine ziemliche gute Nothdurft und Gnüge haben kann, auch oftmahls eines das andere nicht allein im Verkauffe verhindert, ſondern dadurch ſehr viel Holz verſchwendet und abgetrieben wird, damit aber ins künftige die edlere Metall keinen Abbruch an Holz leyden dürffen: ſo befehlen wir hiermit gnädigſt, daß unſere Bergmeiſter hinführo an auf dergleichen Metall und Mineralien auf unſern Erz Gründen nicht verleyhen, ſondern hierinn unſers und unſers oberſten Münzmeiſters oder Berghauptleuthe, ob ſolche ohne Nachtheil der Gehölze und Orter des Landes wohl nachzugeben, Befehl erwarten, vid. Berg-Rechts-Spiegel, P. II. cap. IV. §. 5. in med.

284) Von Wagner über den Beweis der Regalität des teutſchen Bergbaues, in A. W. Köhler Bergmänniſches Journal 2. B. 8. St. S. 709.

haec, quoniam ad vasallos sive fundorum dominos pertinuere, illis, scilicet metallis regalibus vbivis cedere debuerunt. [285]) Non a materia hac abludere puto, si tandem ver-

Vix enim videtur dubium, quin ius regale circa metalla viliora inprimis pactis et consolidatione ad iura maiestatica pervenerit. Cuius argumenti documenta in historia regalis metallorum tam Saxoniae, quam omnium Germaniae provinciarum, copiose extant. Itaque operae pretium sane foret, istud thema metallico-historicum ulterius indagare et documentis probare, ac, quod ad Saxoniam Electoralem attinet, ipsam forsan originem praefecturarum metallicarum ex eo deducere. Eandem conditionem quoque in Hungaria locum invenisse, recte colligitur e Josephi II. Imperat. Constitut. circa exercitium Regalis metallifod. in Hungaria, d. a. 1781. in Lempe Magazin der Bergbaukunde T. V. p. 8. et ex art. 13. Decret. Ludovici I. reg. d. a. 1351. art. 13 Decret. Sigism. d. a. 1405. art. 49. Decret. VI. Matthiae regis d. a. 1486. art. 30. decret. I. Uladislai regis d. a. 1492. in Stephani de Werbenz corp. jur. Hungarici T. II. et in Lempe Magazin der Bergbaukunde T. VI. p. 127. Quin ius in metallis vilioribus adhuc hodierno tempore nonnullis in provinciis vasallis competens e nullo alio fonte, quam ex conservatione iurium antiqvitus obtinentium, deducitur. Sic in Silesia et marchionatu Brandenburgico ferrum ad dominos fundi pertinet, v. Bergordn. für das Souveräne Herzogth. Schleſien und die Grafſchaft Glatz, cap. 1. §. 1. et Markgräflich Brandenburg. Bergordn. d. a. 1619. art. VII. §. 3 et in Bohemia reges iuribus in metallis vilioribus renunciasse eaque vasallis reliquisse, et solas decimas ex metallis nobilioribus sibi reservasse, docent art. II. et XII. Vertrag zwiſchen Ihro Röm. Kayſ. Mai. Ferdinand I. und denen Ständen in Böhmen, die Bergwerk und Metall belangend d. a. 1534. et art. vom Schürffen und Bergwerksverleihungen, auch von denen Muthungen, art. mindere metalliſche und mineraliſche Bergwerke betreffend; art. wenn die mindern metalliſchen Erzt, Gold oder Silber hielten, wie es damit zu halten. Vertrag zwiſchen Ihro Mai. Maximilian II. und denen Ständen in Böhmen die Bergwerke und Metall belangend, d. a. 1575. Similiter in Cornia Angliae, ut etiam aliqvando in terram transmarinam me conferam, adhuc hodie metalla inferiora ad dominum fundi, (*the lord of the ground*) pertinent, ad quo idcirco concessio petenda est. Pauci quidam tractus excepti sunt, quos regina Elisabetha, respectu stanni, liberos, id est, quod ad metalla omnia, regios pronunciavit, et quos *wastrel's* sive *bounded grounds*, illos vero *severall's* adpellant. Vid. Auszug aus dem Reiſe-Journale eines Deutſchen im Bergmänniſchen Journal. Jahrgang 3. B. 2. St. 7. p. 21 sqq.

285) Hoc quodammodo quoque corroboratur diplomate Vertrag Anargs von Waldenburg, und Hirarchs von Waldenburg, Herren zu Wolkenſtein, mit den

ba de eo faciam quid iuris obtineat intuitu nobilioratus circa gemmae-receptacula, quae nunc quidem in Saxonia pariter, ac alia metalli-receptacula, per areas vel longas vel quadratas petitoribus conceduntur. [286]) Cum vero neque legibus metallicis neque rescriptis principum singularibus de iuribus praerogativae eorum quicquam praeceptum sit, causa haec, analogia duce, diiudicanda, atque, donec expressa de ea re principis lex metallica data sit, hunc forsan in modum decidenda videtur.

I. Quodsi receptacula gemmarum concurrunt, quarum genus petitum par est, nemo prorsus in dubium vocabit, praerogativam aut senioratu aut maioratu determinari.

II. Quodsi vero receptacula gemmarum nobilium, vti adamantium, smaragdorum cum receptaculis concurrunt gemmarum vilium, vti sunt, carchedonius, achates, illis, si quidem recte Werneri fundamenta nobilioratus sequi velis, sine dubio ius nobilioratus competit.

III. Quodsi vero gemmae-receptacula cum metalli-receptaculis concurrunt, ob ipsum, quod inter metalla et gemmas

Markgrafen zu Meißen, über die in ihrer Herrſchaft gelegenen Bergwerke zu Grimme, am Tage St. Galli, 1407. In quo quidem diplomate inter alia haec verba insunt: Czu dem erſtin ſullen ſie alle Gerichte und recht haben uf allen golt unde ſilbergengen, uf allen unſern Gütern, virdehalb Lehn uf das hangende, unde virdehalb lehn uf das legende, unde ſullen yre Bergmeyſter und amptlüthe gohyn ſezen, alſo uf andiren yren bergwerkin — Deinde: Es iſt auch geteydingit, were das czehn genge gingen an der golt oder ſilber gengen, alſo das man die czehn genge ane der golt oder ſilbergenge ſchaden nicht gearbeiden konde, ſo ſulden die czehn genge ſtille legen, unde das golt oder ſilberwerk ſal vor ſich gehn bis ſo lange, bis man die czehn genge ane ſchuld, ſchaden der gold oder ſilbergenge geerbeyten mag.

286) Vid. Rescript Friderici Augusti, König in Pohlen und Churf. zu Sachſ die Verleyhung derer Edelgeſteinbrüche auf Gänge oder geviertes Feld betreffend d. d. 13ten Jul. 1746 in Cod. Aug. Cont. p. 1387.

intercedit, discrimen et ob specialem gemmas fodiendi a principe petendam concessionem [287]) neque senioratus, neque maioratus neque nobilioratus locum habet, sed quemcunque petitorem sola fossilia petita atque concessa eruere posse, mihi persuasum habeo. [288])

§. 62.

Vidimus itaque varias, quae metallum exercentium alii prae alio datae sunt, praerogativas. Cum autem de his postea saepius dicendum sit, hoc moneo, compendii sermonis causa, et ne crebra repetitio plurium eorumdemque verborum lectoribus taedium excitet, sub nomine *prioris* me significaturum esse eum, cui prioritas metallica, quaecunque ea sit, competit, sub *posteriore* vero eum intellectum velle, qui illo deterioris conditionis est. In simul ea lectorem rogo observare, quae patent ex omnibus huc vsque expositis, ex his tribus praerogativis nobilioratum potiorem esse reliquis, et maioratum vincere senioratum.

287) Mandat Herrn Friderici Augusti Königs in Pohlen und Churf. zu Sachſen die Ausführung derer denen Edelgeſteinen, als Diamanten, Agaten, Granaten, Chalcedon, Topaſen, Carniolen, Jaspis, Opalen, Amethiſten, Chryſtallen, ꝛc. gleichkommenden Geſteine, und was dem ſonſt anhängig, betreffend, d. d. 2ten May 1732. in Cod. Aug. Cont. p. 1359.

288) Argument. mandat. laud. et rescripti Friderici Augusti Königs in Pohl. und Churf. zu Sachſ. derer Steigere und Seyffnere Verpflichtung auf die Edelgeſtein Mandate betreffend, d. 20ſten Jul. 1734. in Cod. Aug. Cont. p. 1366. nec non ejusdem rescripti, die Verpflichtung derer mit Land-Edelgeſteinen handelnden Perſonen betreffend, d. d. 16. Sept. 1744. in Cod. Aug. Cont. p. 1382. Concessionem juris gemmas fodiendi non ad metalla extendi posse, quoad Bavariam verbis disertis exprimit Lehenbrief Wilhelms IV., Herzog in Bayern, Jörgen Hizſtettern gegeben, auf Achſtein und andere Steine zu graben, d. d. München 1511 (in Lori Sammlung des Bayeriſchen Bergrechts, p. 143.)

Sectio II.

De divisionibus juris quadraturae.

§. 63.

Pro discrimine rerum, quibus quadratura adhaeret, etiam ius quadraturae ipsum varium est, et in *ius quadraturae* vel *metalli-receptaculorum* vel *cuniculorum* [289]) dividi debet.

I. *De iure quadraturae metalli-receptaculorum.*

§. 64.

Ius quadraturae, tam ob venas quam ob strata concessum, duplex est, ita vt *ius quadraturae principalis* et *ius quadraturae accessoriae* [290]) omnino vario modo differant.

A. *De iure quadraturae principalis.*

§. 65.

1) *De notione.*

Ius quadraturae principalis, seu ius quadraturae directionis et inclinationis generalis — (das Recht der Principal-Vierung, s. Recht der Vierung des Haupt-Streichens und Hauptfallens) est complexus iurium realium, quae investito ob quadraturam principalem, quatenus limites quidam ex legibus non obstant, competunt, atque obligationum, quae ipsi incumbunt.

§. 66.

2) *De limitibus.*

Illi limites legales, qui certis in casibus iura alterius restringunt, definiuntur:

289) Vid. part. prodrom. §. 27 et 52.

290) Vid. part. prodrom. §. 41.

1) Vel *iure senioratus.* Nam ſi *ſenior* et *iunior* vnam eandemque venam [291]) inscii petierunt, poſtea vero de vindicanda longitudine ambigunt, ille ius quadraturae principalis pro ſua area conceſſa retinet, iunior vero id ſolummodo vsque ad terminos ſenioris exercere poteſt, [292])

2) vel *iure nobilioratus.* [293]) Si quis *nimirum tantummodo conceſſionem viliorum* metallorum petiit, venam non vltra eum locum pro vena ſibi conceſſa vindicare poteſt, quo ea vena metalla nobiliora prodere coepit, aut quo area petitori nobiliorum metallorum in eadem vena conceſſa incipit.

Non autem poteſt in quadratura principali ius aliquod maioratus locum habere, quoniam venae et ſtrata quoad directionem et inclinationem nuſquam conſpirant atque conveniunt.

3) *De iuribus e iure quadraturae principalis derivandis.*

§. 67.

Continetur in iure quadraturae principalis:

a) facultas iuris venam conceſſam retinendi quatenus in quadratura principali remanet;

b) facul-

191) Tametſi, quo brevius diſſeram tandummodo de venis loquar, tamen moneo, ea quoque de ſtratis, quae de venis dicta ſunt, eſſe accipienda.

292) Bergbau Spiegel, L. II. c. 4 §. 15. Es begiebt ſich auch, daß zu Zeiten ein Gang an 2 oder mehr Orten entblößt wird, unwiſſend, daß es ein einziger Gang ſey, darauf Fundgruben und Maaßen aufgenommen worden. Daraus hernach, wenn man zuſammen durchſchlägig wird, großer Zank entſteht. Wer nun das Alter vor dem andern hat, der kann ſein Feld ungehindert fortſtrecken. vid. ſupra de iure ſenioratus, §. 59.

293) Vid. ſupra §. 61.

b) facultas iuris venam concessam, quando ex eventu naturae amissa est, intra quadraturam principalem recuperandi. — [294])

294) Lex principalis, e qua haec iura defluunt continetur, §. 22. Mandat. Elect. Sax. wie bey entſtehenden Streitigkeiten in Bergſachen zu procediren, und do des Aeltern Gang durch überſetzende mächtige Späthe, vorfallende Feſten, Fäulen, Rücken oder Sandſtein verdrucket oder abgeſchnitten würde, ſoll der Aeltere ſothane Feſte, Fäule oder Sandſtein nach der Stunde des Hauptganges durchfahren und ſeinen Gang in der Vierung ſuchen, auch da er ihn dergeſtalt wiedertreffen ſollte, der Beweiß zur Gnüge verführt ſeyn, außer der Vierung aber kann er keinen andern Gang vor den ſeinigen angeben noch das prätendirte Alter auf ihn extendiren. — von Schönberg Berg-Inform. p. I. p. 49. §. 2. So des ältern Hauptgang durch mächtige Fäule oder feſtes Geſtein, oder überſetzende Gänge verrücket, verſetzet oder abgeſchnitten würde, daß kein Gang zu erkennen, ſolchen Falls iſt dem Beweißführer unbenommen, ſeinen durch die Fäule oder Feſtgeſtein verdruckten Gang mit tiefern Geſenk und Stroſſen in der Vierung zu ſuchen, und wenn er des Ganges Hangendes und Liegendes, mit ſeinen ſtreichenden Sahlbande, nach dergleichen Fäule oder feſten Geſtein wieder antrifft und augenſcheinlich macht, ſo hat er ſeine Gerechtigkeit und Alter erhalten. Berg-Rechts-Spiegel, P. II. cap. XXVIII. §. 4. Trüge ſichs zu, daß in Schächten, Stölln oder Leng-Oertern mächtige Gänge, Flötz oder Klüfte überkämen oder zufielen, alſo daß man ihn in einem zwey oder mehr Lachtern nicht erkennen könnte, und der Jüngere ſo eine Vierung leiden müßte, wollte auf dieſen Fall den ältern auf augenſcheinliche Beweiſung dringen, hierinnen hats dieſe Meynung; hat der älteſte ſeinen Gang in dem Schacht, Stolln oder Ort, da er belehnt iſt, Kübel und Seil eingeworfen, vom Tage nieder oder vom Ort ſeiner Belehnung an, bis auf ob anberührte Flötz, Quergänge oder Klüfte bracht, die ihn alſo verruckt, zerſtoßen, verſetzt oder mitgenommen haben, und er der älteſte findet ſeinen Gang in ſeiner Vierung wieder, ſo hat der jüngere auf fernere Beweiſung nicht zu dringen; da aber mächtige Fäulen, oder ſo feſt Geſtein fürfiele, daß es einem ſeinen Gang alſo verſetzte und abſchnitte, daß man keinen Gang erkennen könnte, alsdann müſſen die Fäulen abgeſunken oder durchbrochen, der Gang in der Vierung wieder geſucht, und das Streichen im feſten Geſtein innegehalten werden, und wenn alſo eines Ganges hangend oder liegend mit ſeinem ſtreichenden Saalbande, durch eine Fäule oder feſt Geſtein beweißt wird, ſoll der Aeltere ſeine Gerechtigkeit erhalten haben. Da aber die Gänge verloren ſeyn würden, kann der Aeltere auch nicht ferner ſeine Gerechtigkeit, denn ſoferne er ſeinen Gang augenſcheinlich bracht hat, erhalten, in ſolchen Fällen ſollen Bergmeiſter und Geſchworne, ſonderlich wo Fäulen und nicht kenntliche Flötz ohne hangends und liegends vorfallen, die Gebrechen aufs fleißigſte erfahren und beſichtigen

a) *De privilegio ius venam conceſsam retinendi et eam a poſteriori vindicandi.*

α) Si vena ſit integra et

§. 68.

aa) *Simul continua.*

Vena principalis conceſſa tametſi nunc recta, nunc oblique, [295]) nunc curvatim ſeſe extendat, itaque, vt cum me-

ſich mit den Weiſungen wohl fürſehen. Append. der Bergwerksgebr. in Joachimsth. ad P. II. art. LXXVII. §. 6. Cons. Chur-Cöllniſche Bergordn. P. V. art. V.

295) Vid. ration. dedicend. ad moment. IIdum ſententiae Scabinat. metallici Clausthalienſis in Gang-Streitſachen einer Löbl. Gewerkſchaft in Himmelsfürſt Fundgrube Impetranten eines, entgegen eine löbliche Gewerkſchaft in Weiſſeſchwan und Volleroſ- Fundgrube hinter Erbisdorf Impetraten andern Theils d. a. 1788. in Beyträge zur Bergbaukunde, Dresden 1794. von Schönberg Berg-Inform P. I. p. 2. §. 1. Span Berg-Urth. tit. 2. §. 6. lit. a et tit. 6. §. 4. lit. c. et Urth 94. et 243 et Herttwichii Bergbuch s. v. Beweisführer §. 4. ************** Sentent. ſcabin. met Friberg d. a. 1680, cuius pars ſupra dicta probans his continetur verbis: Zum andern und auf die andere Frage ſprechen wir: Haben die neuen Engliſchen Gruſſer Gewerken, als ihres Erachtens die Treuer, ihrem gemutheten und vermeſſenen Felde zu nahe kommen wollen, nicht nur deswegen einen Kummer und Proteſtation beym Bergamte eingeleget, ſondern ſich auch zum Beweis und öffentlichen Durchſchlage vom Vater her, auf dem Gegen-Trum, mit des Ganges Streichen, richtigen Saalbande, auch känntlich Hangend und Liegenden erboten, welchen ſie denn folgendermaßen gewerkſtelliget, daß ſie in 18 Lachtern, untern Stolln uffn Gegentrum, durch alten Mann und Brüche, auch eine Fäule, ſo 6 Lachter ſtark, welche die Alten durchfahren gehabt, gewältiget, hinter ſolcher auff des Ganges Sahlbande angeſeſſen, und in der Stunde zwiſchen 6 und 7 Uhr (weil vorgedachte Fäule den Gang aus ſeiner gewöhnlichen Stunde, als 10 Uhr, verſchoben) ein Ort an die 24 Lachter fortgetrieben, da dann der Gang in der Firſte, mit beyden Sahlbändern, ſein richtiges Streichen in obgedachter Stunde gehalten, von dar an aber ſich wiederum nach vorgedachter ſeiner rechten Stunde gewendet, worauff ſie auch nunmehro auff ferner richtigen Sahlbande, in das vermeinte Treuer-Feld nicht alleine erſchlagen, ſondern auch darneben noch andere Oerter außn Englichen Gruß, mit offenen durchſchlägen, über und untern Stollen, darin gebracht haben: Wiewohl nun bey ſolchem Beweiß zum Theil durch alten Mann und Brüche, auch eine Fäule von 6 Lachtern gewältiget, wie inglei-

tallariis loquamur, intra eandem horam se non contineat, *pro eadem vena*, quae concessa est, *sumitur*, dummodo intra fines quadraturae principalis remaneat. Vid. fig. 4. 5. et 6. in quibus A. venam principalem concessam, *q. d. r. p.* autem quadraturam principalem significat.

§. 69.

bb) *Si integra quidem, sed discontinua sit vena.*

Vena concessa, licet per aliam venam permeantem in aliud spatium *translata* (verworfen) aut per saxa duriora, vel per commissuras vel per venas transgredientes *compressa* (verdrückt) sit, attamen eius ius conservatur, dummodo vena intra fines quadraturae principalis ſodiendo iterum reperta sit.[296]

Idque demonstraturus sum exemplis et primo quidem ratione venae transiectae.

1) Si vena A. (Fig. 7.) per aliam venam permeantem B. abscissa et vel in iacens vel in pendens translata est C., haec abscissa pars tamen investito cedit, modo intra fines

chen das Beweiß-Ort guten Theils in einer gar andern Stunde, als der Haupt-Gang führet, getrieben worden; Nachdem aber die Beweißführer solchen ihren Beweiß nicht nur vom Gegen-Trum, als dem Vater, hergeführet, und den Gang mit ſeinen richtigen Sahlbändern, auch känntlichen Hangend und Liegenden, von dannen an die ſtreitigen Gebäude gebracht, ſondern auch über dieß, aus ihrem vermeſſenen Lehn der 2. 3. 4. Maaß, allwo ſie erſtmahls Kübel und Seil eingeworſſen, mit unterſchiedenen andern Beweiß-Oertern, über- und untern Stolln, durchſchlägig worden; Nechſt deme auch nichts ungewöhnliches iſt, daß durch den alten Mann und Brüche, als auch vorſtallende Feſten, Fäule und Sand-Steine, das Alter einer Zeche erwieſen, und der Gang aus ſeiner rechten Haupt-Stunde verſchoben wird; So mag bey ſo geſtallten Sachen auch der verführte Beweiß nicht getadelt werden, ſondern iſt vor richtig und und unverwerflich billig zu achten. V. V. N. W.

296) Cfr. mandat. loc. allegat.

quadraturae principalis *q. d. r. p.* remanserit, si quidem, vt supra dictum, ipsa quadratura principalis postea cum ea in latus migrat q. d. r. p. [297]) Perinde etiam est, sive vena semel sive ter quaterve hanc vicissitudinem passa sit. [298]) Praeterea huc pertinet quoque Fig. 6. in qua vena concessa A. post aliquam conversionem B. intra quadraturam principalem *q. d. r. p.* pristinam directionem generalem A. recuperavit, ideoque iura ei per id ipsum conservata sunt. Illud quidem argumentum latioris interpretationis est, ita vt si ipsa vena aliena in quadratura principali recepta est, haec tamen pro vena concessa habeatur. Id hoc confirmo exemplo.

2) Si duae venae vicinae A. et B. (Fig. 11.,) pari directione vna procedentes, per tertiam venam permeantem C. abscissae et eum in modum extra quadraturam principalem q. d. r. p. et *q. d. r. p.* reiectae sunt, vt pars 𝔄. venae A. in quadraturam principalem B. pars 𝔅. venae B. vero in Libe-

297) Berg-Bau-Spiegel. Lib. IV. c. 4. §. 20. Als eines Orts eine mächtige Kluft oder Fäule durch den Gang gefallen, und der Gang gleichermaaßen ſich an derſelben abgeſetzt, daß nicht eine einzige Spur hinüber zu finden davon geweſen, als man aber auf ſolcher Kluft bey 3 Lachter tieff abgeſunken und der Gang hinüber wieder angetroffen, verſunken und ausgerichtet, iſt, weil es noch in der Vierung geweſen, ſolcher Beweiß gleichfalls für richtig erkennet und der jüngere ausgetrieben worden. Conſ. Chur-Cöllniſche Bergordn. P. V. art. V. in med.

298) Cujus caſus exemplum e montibus praefecturae metallicae Freibergenſis huc arcessam, et quidem ex argentiſodina Sonn- und Gottesgabe, in qua, si memoriae meae fides habenda, vena recta der Sonn- und Gottesgabner Stehende, per quinque venas serotinas den Schönberger-Neuglücker-Sonn und Gottesgabner-Inſelter- und Schindelkauer-Spatgang quinquis in jacentem rejecta est. Iam vero non solum venae proprie ita dictae sed ipsi venarum congregatarum tractus, quod memoratu dignissimum est, per venas transgredientes abripiuntur et in latus transferuntur, uti obvium est in Monte Suis (Sauberg) prope Ehrenfriedersdorfiam, quo tractus der Prinzlerzug, hor. 6 tendens, ter per venas eum persecantes in pendentem partem translatus est.

rum principis inciderit, investitus, cui competit vena B., partem 𝔄. vi quadraturae principalis *q. d. r. p.* acquiret, etiamsi vena A. iure senioratus gaudeat. In parte 𝔅. contra nullum ius amplius habet venae B. possessor, quoniam ea pars ad Principem rediit.

Deinde exemplum venae compressae hoc habe.

3) Si vena concessa A. (Fig. 12.) desinit et, aliquo spatio intermisso, prope B. iterum incipit, haec si pervestigatu intra quadraturam principalem *q. d. r. p.* recepta est, is eventus ita iure assumitur metallico, vt vena pro continuata sine intermissione habeatur. [299])

β) *Si vena in fibras sit disiecta.*

§. 70.

1) Ius in vena concessa, A. (Fig. 8.) etsi in fibras *f. f. f.* dis iecta, (wenn ſich der Gang zertrümmert,) tamen investito conservatur, dummodo fibrae intra fines quadraturae principalis *q. d. r. p.* remaneant.

2) Quod si autem vena concessa A. Fig. 17. in fibras abit B. et C., quae ita divertunt, vt extra quadraturam principalem *q. d. r. p.* excedant, investito, quo aream concessam ac iura competentia ideoque vtriusque quadraturam speciei

299) Mand. laud. et Berg-Bau-Spiegel Lib. IV. c. 4. §. 19 dergleichen Beweiſe ſind vor richtig erkannt, wo ſich der Gang an einem ſtreichenden Sandſteine ganz abgeſetzt, daß man nicht eine Anzeigung einer Kluft vom Gange durch- oder fortſetzen geſehen, und iſt auch der Sandſtein bey 2½ und 3 Lachter mächtig geweſen. Weil aber man denſelben durchbrochen und den Gang darüber wieder in ſeiner Vierung ausgerichtet hat, iſt ſolcher Beweiß gültig erkannt worden. Conf. Chur-Cöllniſche Bergordn P. V. art. V. Allgemeines Geſetzb. für die Preußiſchen Staaten, T. IV P. II. tit. 16 vom Bergwerksregal §. 367.

continuet, *ius optionis* ſive *electionis* competit. Si itaque ſibram B. elegit, in eam ius quadraturae principalis q. d. r. p. transferet.

3) Quamvis autem ita etiam vena in ſibras diffiſsa ſit, vt vna intra quadraturam principalem remaneat, altera exeat extra eam, nihilo tamen ſecius electio adimi inveſtito nequit.

§. 71.

De optione ſeu electione fibrarum (vom Kieſen.)

Ius hoc optionis ſeu electionis ſibrarum, vi cuius inveſtitus vnam e pluribus et e quadratura principali exeuntibus ſibris, quae placuerit, eligere, electam ſibram vero pro continua vena principali conceſsa declarare, ideoque omnia iura, quae cum vena coniuncta ſunt, in ſibram transferre poteſt, [300]) inveſtito tunc demum competit, ſi ſibrae, in quas vena abiit, diverſam regionem ſequuntur atque revera e ſinibus quadraturae principalis excedunt. Itaque inveſtitus ab inveſtito vicino, cuius intereſt, ad electionem neutiquam cogi poteſt, quouſque ſibrae omnes adhuc intra qua-

300) Zien-Bergwerks-Ordnung auf dem Altenberge d. a. 1568 art. XXXIV. Und da ſichs begeben, daß ſich die Genge in zwey, drey, vier oder mehr Trůmer theilen wůrden und ein Keilbergs oder Sohlbergs ſich zwiſchen die Trůmer legte und derhalben in Anhaltunge der Vierung Hader entſtůnde, ſo ſoll dem Aeltiſten alle wege frey ſtehen, ein Thrum darauf ſie ihre Vierung nehmen und erhalten wollen anzunehmen und zu kieſen ꝛc. amplius ibidem es ſollen auch dieſelbigen Gewerken daſſelbe gekőrnte Thrum, ihre Vierung, vermőge ihres Alters damit zu erlangen, alle weg zu erweiſen nach Bergklåufftigem Brauch ſchuldig ſeyn. Append. der Bergwerksgebråuche in Joachimsth. ad part. II. art. LXXVII. §. 5. von Schőnberg Berg Inform. P. I. p. 33. §. 53. Berg-Rechts-Spiegel P. II. cap. XXXVIII. §. 3. Cons. Rőmiſcher, auch zu Hungern und Behem ꝛc. Kőn. Maj. Zinbergwerks-ordn. auf die Bergwerck Hengſt, Perninger, Lichtenſtadt, Platten, Gotsgab, Kaff, Můckenberg u. a. d. a. 1548. art. XXXV. Bergord. fůr das Herzogth. Bayern art. LXIV. Chur-Cőllniſche Bergordn. P. V. art. V.

draturam principalem vagantur. [301]) Perſicitur autem electio vel *tacite* h. e. ipſo facto, ſi nimirum inveſtitus vnam ſibrarum deflectentium laboribus ſeu operibus metallicis proprie ſic dictis (Erzbaue) proſequitur, [302]) vel ſit *expreſſe*, ſi electionem verbis diſertis declarat. Sive autem hoc facta ſit ſiue illo modo electio, juratus (der Geſchworne) optionem factam in libro metallico adnotari curare et ſibram electam ipſam ſigno ſaxis inciſo diſcernere a reliquis debet [303]) Prae ceteris tamen, ne electio ſit vitioſa, requiritur, vt ſibra electa revera ſit ſibra, quae a vena principali conceſſa, non vero ab alia deſcendat (daß es ein wahres Trum vom belehnten Hauptgang ſey) [304]) Caete-

301) Span Bergurth. nr. 239. et 240. Und kann auch fürs Letzte, wenn beyde Gänge in der Vierung, und ob es ein oder zween Gänge ſeyn, nicht weislich zu machen, das Kieſen nicht auferlegt werden. V. B. R. W. v. Schönberg Berg-Inform. P. I. p. 3. §. 6. Theilet ſich ein Gang in des Aelteren Feld und fällt von einander und der Jüngere begehret, daß der Aeltere davon ein Trum kieſen möchte, ſolchen Falls hat man den Aelteſten, weil die Trümer in der Vierung, oder nicht vierdtehalb Lachter von einander ſeyn zum kieſen nicht zu zwingen, ſobald aber dieſelben aus der Vierung fallen, muß der Aeltere eines davon kieſen. Bergrechts-Spiegel P. II. cap. XXVIII §. 3. Berg-Bau-Spiegel L. IV. c. 4. §. 13. Cons. Chur-Cöllniſche Bergordn. P. V. art. V.

302) Von Schönberg l. c. Hat aber der Aeltere ein Trum aus und über die Vierung abgebaut, ſo hat er durch ſolch Abbauen ſolch Trum gekieſet, und iſt ihm, wider Bergwerks-Gebrauch keineswegs zu geſtatten, daß er uff das andere unabgebaute kieſe. Cons. Berg-Ordn. für das Herzogth. Bayern art. LXIV.

303) Altenbergiſche Zinn-Bergwerks-Ordn. art. XXXIV. von Schönberg Berg-Inform. Part. I. p. 78. §. 24. Der Geſchworne ſoll, nach Kieſung eines Ganges, den gekießten Gang mit einer Stuffe bemerken, und ins Bergbuch verſchreiben laſſen. Berg-Rechts-Spiegel l. c. Cons. Zinbergwerks-Ordn. für die Bergwerke zu Hengſt u. ſ. w. art. XXXV. Chur-Cöllniſche Bergordn. P. V. art. V.

304) Churf. Aug. Zinn-Bergwerksordnung auf dem Altenberge d. a. 1568 art. XXXIV. von Schönberg l. c. So bald aber dieſelben aus der Vierung fallen, muß der Aeltere eins davon, ſofern es vor ein recht Trumm von dem belehnten Gang und nicht von einem andern Gang erkannt

rum investitus quoque nullibi prohibetur ſibram eligere, quam ipse pro optima, scilicet ditiori, habet, idque ysu et observantia receptum est. [305]) Neque vero investitus post electionem factam ad aliam ſibram redire potest, [306]) nisi alienam ex errore optauerit vel quacunque ratione dolo cuiusvis alterius in eligendo circumscriptus sit. [307]) Quod porro ad tempus electionis attinet, non est dubium, quin magister metallorum, si electurus in mora versetur, certum spatium praescribere possit, intra quod hoc negotium peragendum, addito praeiudicio amittendi iuris optionis. Ex quo consequitur, vt, spatio dato praeterlapso, senior nequeat iuniorem e possessione ſibrae melioris depellere. [308]) Quodsi vero vena principalis abiit in ſibras extra quadraturam excurrentes, alii tamen investiti in vicinitate nulli sint, tunc ei, qui vena principali investitus est, electione peracta, etiam reliquarum ſibrarum, vel omnium, si plures sint quam duae, vel non-

nulla-

wird, auf des Jüngern Begehr kieſen. Berg-Rechts-Spiegel, P. II. art. XXVIII §. 3. Zinbergwerksordn. für Hengſt l. c.

305) Haec obseruantia quoque cum l. 2 D. de opt. vel elect. leg. ex quadam iuris analogia convenit.

306) Argum. l. 5. princip. D. de legat. I von Schönberg l. c. darbey (scilicet dem gekießten Trum) muß er auch bleiben, ohngeachtet es gänzlich aus ſeiner Stunde fiehle.

307) Argum. l. 5. D de opt. vel elect. leg. Nieder-Oeſtreichiſche Bergordn. d. a 1553. art. 54. Es ſoll auch keiner weder Klüft, Gang, noch Gänze mit Berg oder Ziemmern nicht verſetzen, noch mit Leim, Inſlit, Ruß, Rauch, oder auch andere dergleichen Werg, wie das geſchehen möchte, verſtreichen und verkleben, wer aber des mit Gefährde thäte, und ſich befunde, der iſt uns Leib und Gut, und der Gewerken um ihren Schaden verfallen. Berg-Rechts-Spiegel p. II. cap. XLI. §. 2. Deuceri Königl. Bergb. L. I. c. XI. de carpentariis, in med.

308) Argum. l. 6. D. de opt. vel elect. leg.

nullarum, concessionem petere, ac, concessione impetrata, singulas pro singularibus venis principalibus cum suis iuribus concessis possidere permissum est. [309])

§. 72.

Continuatio.

Verum enim vero, cum leges metallicae electionem hunc in finem constituisse videantur, ne investitus suum ius prima concessione adquisitum, aut, si nullam quidem fibram e quadratura principali egressam amplius prosequi excidendo liceret, statim amittat, aut id, si omnes fibras devertentes sibi retinere posset, plus iusto extendat, manifestum est, electionem imprimis in favorem investiti dari, deinde autem propterea introductam esse, ne metallorum exercitium impedimentum capiat ex eo, quod investitus nimis extensum spatium opera sua ob nimios sumtus, viribus facultatum deficientibus, perquirere nequeat, ideoque magna metallorum copia maneat intacta (daß das Feld nicht geſperret werde.) Sed ex illo, quod primario ius electionis tendat in investiti favorem, nemini erit obscurum, in nonnullis eventibus naturalibus electione ne quidem opus esse. Itaque, si vena per ingentem massam

309) Sic exempli gratia in argentifodina Fribergensi Neuglück und Drey Eichen concessio fibrae cuiusdam, e vena principali dem Adler-Flachen in iacentem partem diffusae sub nomine des Antoner flachen Ganges expresse a cultoribus impetrata est. Cons. Churf. Cöllniſche Bergordn. p. I'I. art. XIV. Wenn einer in der Vierung verliehenen Feldes etwas zu muthen ſich unterſtehen würde, ſoll ſolches keineswegs verliehen werden, es wäre denn, daß die alten Belehnten in ihrer Vierung befinden würden, daß ihre Gänge ſich theilten, und aus der Vierung fortſetzten, alsdenn haben dieſelben den Vorzug auf ſolchen Gängen außer der Vierung zu muthen, denen es auch verliehen und beſtätigt werden ſoll. Bergordn. für das Herzogthum Bayern. art. LXIV.

saxi intervenii (Neb ngeſtein) in medium immissam ita disiuncta est, vt ea ibi aliquam partem sui lateris extra quadraturam principalem protrudat, nihil amittere investitum posse, patet. Item, si, quod nonnunquam accidit, vena hac praedita sit natura, vt saepius, per spatia, alibi longiora, alibi breviora, dispescatur in fibras, mox pro aliqua parte e quadratura principali deflectentes, mox vero in eam regredientes et ad venam principalem vel potius in eum locum, in quo vena, si integra mansisset, procederet, iterum convenientes (wenn ſich die Trümer wieder zum Hauptgang geortet), non potest investitus eo nomine de iure suo depelli, quod vena e quadraturae finibus sit egressa. Eadem ratio denique tunc est, si venae consociatae (die ſich ſchleppen) [310]) mox saxis intervenientibus per spatium paucarum orgyiarum dirimantur, mox vero sibi denuo coniungantur. Quodsi autem legem metallicam de electione scriptam e solo velles verborum sensu, non vero ex ratione legis explicare, ita, vt quaelibet venae pars, pro breuissimo etiam spatio e quadratura principali egressa, pro amissa haberetur, cuique metallorum extortori et leges detorquenti facultas, illam venae partem sibi arrogandi atque investito eripiendi, [311]) praeberetur, aliud alio ferri, atque mutari et

310) Vid. supra §. 32.

311) Tametsi igitur in venis consociatis duplici petitione non indiget, quoniam venas intra quadraturam inuentas accessoriam neque peti neque concedi opus est, tamen, ad omnes omnino lites euitandas, petitori suadendum est, vt concessionem alterius venae consociatae eum in euentum petat, si e quadratura alterius discederet. vid. Append. der Bergwerksgerbäuche im Joachimsthal ad part II. art. VIII. §. 3. Der Bergmeiſter ſoll in anderer verliehener Gänge Vierung nichts zuverleihen. Trüge ſichs aber zu, daß die alten belehnten in ihrer Vierung, ſo ſich ihre Gänge theilten, ſelbſt ihnen zu gute mit dem Beſcheide, ob die Trümmer von einander

misceri omnia cerneres, et tum demum periculo atque negotiis comperires, leges matallicas imprimis ad naturam metalli-receptaculorum componi ac explicari debere. Cuius grauissimae quidem sententiae ego aliud adhuc documentum hoc habeo, quod dictis ex principiis lis quaedam venarum diiudicata est, quae inter consortes argentifodinae Fribergensis Hohebirke Unter 7te bis 10te Maas et consortes des tiefen Spat-Stollorts sub principium seculi decimi septimi intercessit, quamque causam ob speciei raritatem summumque artis peritorum, qui oculis suis de conditione loci certiores se reddere voluerunt, dissensum imprimis memorabilem existimo, ideoque eam infra enarrabo.[312])

ſielen, und außer der Vierung kommen, aufnehmen würden, alsdann mag es ihnen der Bergmeiſter auch allſo wohl beſtetigen, andern aber nicht. Berg-Rechts-Spiegel, P. I. c. IV. §. 5. Cons. Chur-Cöllniſch. Bergordn. P. III. art. VI. Sicuti hoc ex gr. in ſodina Fribergensi Thurmhof, Fund-grube obernächſte Maaß ſammt der unternächſten 2–7 Maaß. Anno 1612 obseruatum ſuit, et in literis investiturae hunc in modum expressum est: Mehr, ob ſich der rothe Gang von den weißen theilen, und aus der Vierung fallen würde, daß ſie zu gleicher Schnur auf einem Gange ſo viel Maaßen, als auf dem andern haben ſollen. Klotzſch Urſprung der Bergwerke in Sachſen p. 194. n. k.

312) Vena recta Hohenbircnica, quae sita est in agro metallico Hohenbircnico (der Hohenbirkner Refier) et petitoribus pro vnica vena concessa erat, binis venis consociatis (die ſich ſchleppen) constitit, quarum altera in pendente lapides rubros (rothe Gangart) altera in iacente vero lapides albos tulit, quapropter etiam illa das rothe Trum, haec vero das weiße Trum a metallariis adpellabatur. Vena rubra mollior erat alba, contra haec illa in bonitate excellebat. Caeterum vtraque vena metallis abundabat, quoad quam arctissime copulata erat. Ita venarum iuncta societas iam a termino inuentionis siue a patre (vom Fund oder Vater her) per latera putei e superficie terrae in ſodinam acti usque ad imum cuniculum der tiefen Fürſtenſtolln, pro altitudine 58½ orgyiarum ſacillime perquiri et cerni potuerat. Verum post vbi amplae massae saxi lateralis (taube Gneusmittel) in medias venas huc illuc im-

b) *De facultate ius in venam concessam, si amissa sit, recuperandi.*

§. 73.

Omnis vena, quae quadraturam principalem egreditur etiam non amplius ad investitum pertinet. [313]) Recuperatur

missae erant, binae venae consociatae ita divellebantur, vt venae pars rubra ab vno, alba contra ab altero latere illis massis circumfunderetur, et ita simul cum saxo inter vtramque interveniente in ventris formam idcirco extuberarent (ſie warfen einen Bauch). Tametsi talis intervenii massae tum in fodina primaria, tum in fodina secundaria superiori secunda et quarta, et in fodina secundaria inferiori prima et secunda hinc inde deprehendebantur, tamen nuspiam in ampliorem, quam binarum ternarumve orgiarum latitudinem, et nuspiam in maiorem quam senarum vel octonarum vel denarum orgyiarum longitudinem diductae erant. Sed postquam vena recta Hohenbircnica in fodina secundaria inferiore quinta venis serotinis transversis in fibras diuisa fuit, tum demum latior intervenii massa inter binas illas partes venae apparuit, et a fodina secundaria inferiore septima vsque ad decimam per octoginta itaque orgyias secundum venae directionem protendit, atque vbi latissima fuit, in sex orgyiarum latitudinem crevit. Nihilominus autem vena Hohenbircnica memoratum in modum diuisa tam in fastigio (der Förſte) quam infra cuniculum iterum coniuncta et in vnum corpus compacta cernebatur, quam quoque ob causam consortes Hohenbircnici, cum sine controuersia venam obtinerent, vti a maioribus acceperant, tutos atque securos in possessione sese arbitrabantur. Sed memoratae venae distractionis fama ad alios permanante, quidam nomine Starke, argenti cupidus, petiit a magistro metallorum fodinam primariam et secundariam superiorem primam et secundam in vena quadam serotina, quae partem venae rectae Hohenbircnicae rubram, pendenti proximam, secabat, declarans cuniculum serotinum versus fodinam obiacentem Kröner sese acturum atque in ea secturas restiturum esse. Ac vbi ita cuniculo suo intervenium memoratum transvorsim perforauerat, sexta orgyia venam albam, quae nulla alia, quam pars venae rectae Hohenbircnicae alba atque iacenti proxima esse poterat, detegit. Illico vero hic praedo istam venam sibi sumere, sectari atque eruere coepit. Namque, consortibus Hohenbircnicis reluctantibus, tenaciter contendebat, eam non solum extra quadraturam accessoriam venae rectae Hohenbircnicae sed in ipso libero Electorali (im Churfürſtl. Freyen) sitam ac a semetipso inuentam esse, scilicet eam, tametsi cum fibra alba venae Hohenbircnicae revera cohaereret, tamen ex eius quadratura nunc excidisse, quia vena recta

autem hoc ius statim, ac vena in quadraturam principalem revertitur. Huius rei exempla haec sunto:

Hohenbircnica in duas fibras, aliam rubram et aliam albam discessisset, consortes Hohenbircnici autem non albam sed rubram, puteis cuniculisque sectati essent, atque sic tacite rubram elegissent, quapropter etiam quadratura accessoria venae suae ab ea, nempe a fibra electa, porrigenda sit. Hinc consortibus Hohenbircnicis, porro aiebat, nisi tanquam inferiores discedere vellent, probationem incumbere, eis non fibram rubram, sed albam expresse concessam esse. Accusabat etiam negligentiam institoris fodinae Hohenbircnicae (des Schichtmeiſters), qui facillime hanc litem petitione fibrae albae, vbi extra quadraturae fines egressa sit, praevenire potuisset. Nempe, cum hanc petitionem ille omisisset, ipse vero, nimirum Starkius, concessionem impetrasset, non Hohenbircnicis, sed sibi venam controuersam, quatenus e quadratura rubrae ceciderit, de iure competere. Praeterea velle se quotiescunque illa vena alba e quadratura egressa fuerit, praeceptionis causa eam petere, atque tanquam primum inuentorem et petitorem se demonstrare declarabat. Haec, in quibus nitebatur cunicularius, argumenta, quamvis aliquam prae se ferant speciem, paulo tamen accuratius examinanti non erit difficile ad perspiciendum, quam sint vana, quantaque sit vis eorum argumentorum, quibus aduersarii, consortes, puta, Hohebircnici, partes suas tuebantur. Venam, respondebant scilicet hi, litigiosam partem nempe albam, haud in Libero Electorali, sed potius in area sibimetipsis concessa atque demensa, in qua iam per tempus longissimum, metallariorum more, metalla eruissent, sitam, dehinc nulla ratione pro fibra deuertente, sed pro parte venae Hohebircnicae, iacenti proxima, sumendam esse, quoniam vtraque pars, rubra et alba, vnicam tantummodo constitueret venam principalem, quae pro sua natura ita comparata esset, vt partes eius memoratae hinc inde massas saxi lateralis circumplecterentur, ita tamen, vt, quotiescunque id contingeret, iterum conuenirent. Quae quidem venae conditio circa ipsum locum controversum, scilicet in termino fodinae secundariae inferioris octauae et nonae praeclare observari posset, dum ambae partes tam in cuniculo superiore, nominato Hermſer-Stolln, quam subter cuniculum inferiorem, cui nomen erat der tiefe Fürſten-Stolln, arcte iterum in vnum redactae essent. Vnicam igitur adesse venam principalem et quidem prorsus indiuisam, et in fibras neutiquam diremtam. Hinc quoque quadraturam accessoriam in iacente e cortice albo, in pendente contra e cortice rubro dimetiendam esse. Venam idcirco e sua quadratura cadere plane non posse. Cumque deinde nullae plane fuerint fibrae, neque electione, neque nova petitione opus fuisse. Postremo vtramque venam ipsa investitura tamquam vnicam, eamque sub nomine vno esse concessam. Quin si quoque concedere vellent, venam fuisse in fibras disiectam, et alterutram fibram pro vena principali sive pro

1) Postquam vena conceſſa A. Fig. 13 et 14. extra quadraturam principalem *q. r. d. p.* deflexit, quoniam aliam directionem B. adepta eſt, et quidem, vbi planum quadraturae prope C. reliquit, ex hoc loco C. iure ſuo inveſtitus priva-

ſibra electa eſſe habendam, neminem tamen negare poſſe, fibram album metalliſque grauidam, in qua opera metallica proprie ſic dicta (die Erzbaue) inſtituta eſſent, neutiquam vero fibram rubram et ſterilem, in qua tantum opera auxiliaria (die Hülfsbaue) e. g. putei, cuniculi, cryptae, peracta eſſent, pro vena principali eſſe ſumendam.

Poſt diuerſas ſecutas ſententias et trinam inſpectionem ocularem vltima ſententia in ſauorem conſortii Hohebircnici, quam habet Hertwich in dem Bergbuch lata eſt. Weil aus der ex officio verordneten und vereydeten Inſpectoren, auf die von beyden Parteyen übergebene Artikul gethanen ſchriftlichen Bericht, in der erforderten und gleichfalls vereydeten dreyer Markſcheider gefertigten und eingeſchickten Abriß, ſo viel zu vernehmen, daß auf der Hohenbirkner Haupt-Gang, alſobald in der Fundgrube, do Kübel und Seil, eingeworfen, das rothe und weiße Trum von Tage an, bis in die Erbteuſſe beyſammen befunden, und von dannen, als dem Vater hero, durch die folgenden Maaßen mehrentheils beyſammen bleibe, dahero ſie vor einen einigen der Hohen-Birkner Haupt-Gang, und nicht vor zweene unterſchiedene Gänge zu achten; daß auch hernach, als in der 7. 8. Maß ſich derſelbe Gang in zwey Trümmer getheilet, die Hohenbirkner Gewerken auf dem weißen Trum ihre Gebäude vornehmlich angeſtellet und fortgetrieben, und dann über das, gedachte Gewerken auf dem Seegen Gottes-Gang, eine ſonderliche ältere Belehnung Anno 95 und allſo etliche Jahr vor denen Tieffen Spat-Stoll-Orts-Gewerken erlanget, welcher Seegen-Gottes-Gang mit ſeinen richtigen Saalbändern, durch gemachte Durchſchläge, eben an den Ort eingebracht, da die Spats-Gewerken ihre Muthung geſuchet, und ſich dahero in Augenſchein befunden habe, daß ſolcher Seegen-Gottes-Gang, eben das Hohe-Birkner weiße Trum ſey, welches dieſelben Gewerken zur Vorſorge aufgenommen, und dem allen nach ſolches weiße Trum nicht ins freye gefallen, ſondern ein alter den Hohen-Birknern zuvor verliehener, und ihnen zuſtändiger Gang ſey und bleibe. So erſcheinet dannenhero und den Acten allenthalben der Materialien ſo viel, daß wohl appelliret: Derowegen es bey dem den 11. Januar 1611 eröffneten Urthel nochmals billig verbleibet, und wird dieſe Sache — remittiret ꝛc. — Quam cauſam metallicam memoratu digniſſimam, qui vberius pertractatam ſcire cupit, eum ad Zimmermanni Ober-Sächſiſche Berg-Akademie, Dresden und Leipzig 1746. 4. St. 3. Abhandl. 11. remitto.

313) Mandat. laud. Außer der Vierung aber kann er keinen andern Gang vor den ſeinigen angeben noch das prätendirte Alter auf ihn extendiren. Conſ. Berg-Ordn. für das Herzogth. Bayern art. LXIII.

tur. Nihilo tamen ſecius ad eum redit, ſi vena iterum intra ſines quadraturae prope D. (Fig. 14.) apparuit.

2) Si vena conceſſa A. Fig. 15. per aliam venam permeantem B. extra ſines quadraturae principalis *q. r. d. p.* vel in pendentem vel in jacentem partem translata eſt, vti in loco C. nunc quoque vena inveſtito erepta cenſetur. Iam vero inveſtitus ius in ea denuo recuperat, ſi vena C. per tertiam quandam venam permeantem D. vel quocunque alio modo rurſus in quadraturam principalem reiecta ſit, vti in loco E. vid. Fig. 16. Ex quo ſluit ſimul, vt, ſi nulla alia vi in ſpatium quadraturae, quam habuit, redeat, ius venae iſtius A. in perpetuum deſinat.

Iſta in facultate quin ſimul facultas contineatur, in quadratura principali, ſi quidem vena amiſſa ſit, omni modo ac genere opera ſcrutatoria (Suchörter) inſtituendi, nemo in dubium vocabit, cum alias vena ipſa recuperari nequeat, et ipſae leges inueſtiti eam tribuant facultatem. [314]

§. 74.

Quodſi vero inveſtitus, ſi quidem vena extra ſines quadraturae principalis vagatur, in hanc venam ius aliquod continuare vult, hoc non aliter, quam noua petitione et conceſſione venae, quae egreſſa eſt, efficere poteſt. Quo qui-

314) Arg. Mand. laud. et ſententia ſcabinatus metallici Fribergens. d. a. 1690 in Herttwichii Bergb. s. v. Auslängen. — Zum vierten und auf die 6te Frage ſprechen wir: Daß keinem Gewerken verwehrt werden mag, in ſeinem verliehenen oder andern freyen Feld, ſo oft es nöthig, auszulenken, und Quer-Schläge zu treiben, und dadurch den Gang zu finden, wenn er nur damit denen ältern im Felde keinen Eintrag thut, dann er ſonſten mit beſſern Recht, als er dabey zu laſſen, davon abgewieſen werden kann.

dem facto, ea venae pars, quae dereliquit quadraturae principalis spatium, tanquam vena alia atque recens reperta consideratur, et pro nova (iuridice non physice) declaratur, et nisi iam alii concessa sit, quod, si quis eam partem tanquam peculiarem petierit venam, aut, si illa pars in quadraturam alterius accessoriam intraverit venae, fieri potest, nomine etiam mutato a metallorum magistro conceditur. [315]) Idque iuris est metallici, sive vena nunquam in quadraturam redeat principalem, vti in Fig. 13. siue iterum in eam reflectat vti in Fig. 14. in qua pars a natura, quod ad situm, resecta C. D. tanquam nova illa vena, cui novum etiam indere nomen debet is, qui vena A. investitus est, si eam ex loco C. petierit, consideranda est, quod toties erit repetendum, quoties vena quadraturam suam deseruit principalem, sive illam primam sive recentiorem per egressum ex quadratura priori nactam.

4) *De obligatione inde oriunda.*

§. 75.

Cum quadratura principalis sit finium legalis circumscriptio ad venam concessam principalem referenda, per se intelligitur, eam strictissime venae concessae inhaerere. Ex hoc

315) Non inepte vtriusque speciei exemplum depromam ex actis coram praefectura metallica Fribergensi, quod memoria adhuc teneo. Obvium id est in argenti fodinis Sonnewirbel ſamt Holewein und Alter Grüner Zweig in agro metallico Brandensi sitis (in der Brånderrevier). In illis nimirum vena recta der Kaiſer Heinricher Stehendegang, per venam serotinam den Schönbergerſpat extra fines quadraturae principalis translata, sub nomine des Bartholomäußer Stehenden in saxo protendit usque ad venam serotinam den Grün-Zweiger ſpatgang trans quam, directione mutata, in hora porrecta iterum e quadratura principali egreditur et sub nomine des Silberſchnurflachen vlterius procedit.

hoc conſequitur, vt inveſtitus obligatus ſit intra illud ſpatium remanere, ſcilicet iura laborum metallicorum conceſſa in ſola exercere vena principali, quatenus extra quadraturae principalis terminos ſita non eſt [316]. Neutiquam igitur ei permiſſum eſt, a vena principali ad aliam vicinam transgredi, et in hanc iura conceſſa transferre [317]. Quodſi itaque vena A (Fig. 33) ſit vena principalis, quae conceſſa eſt, atque fere iuxta eam procurrat alia B, ab illa ad venam B. transgredi et

316) Span Berg. Urth. nr. 51 vbi ſententiam Fribergae latam legas: Unſern ꝛc. — Wie dann auch ſchließlichen und zum dritten, jede Gewerkſchaft auf ihren angenommenen, gemuten, beſtettigten und belehnten Gang, auf welchen ſie Kübel und Seil eingeworſſen, zu verbleiben ſchuldig, und iſt keiner befugt, zu ſeinem Vortel von alten auf einen neuen Gang oder Drumm abzuweichen. V. B. R. W.

317) von Schönberg Berg-Inform. part. I. p. 30. §. 44. Iſt einer von ſeinen belehnten Gang aus Vortheil auf einen andern gefallen, und hat allſo ſeinen rechten Gang verleugnet, und will ſein Alter dahin deuten, und ſolches durch das Vermeſſen bekräftigen. So ſoll es der Bergmeiſter nicht zugeben ꝛc. — Append. der Bergwerksgebr. im Joachimsthal ad. part. II. art. LXXVII. §. 7. Erſinke einer oder erlängte mit ſeinem Haupt-Gange andere Gänge, Flötz oder Klüffte, wollte ſich zu ſeinen Vortheil auf dieſelben erſunkenen oder erlängten Flötze und Klüffte legen, und allſo Vierung erlangen, oder andere, ſo jünger wären, damit austreiben, in ſolchen Fällen ſollen Bergmeiſter und Geſchworne die Sachen aufs allerfleißtgſte beſichtigen, und Achtung haben, ob ſich der Hauptgang getheilt, Trümmer oder Abgekämme von ſich getheilt, oder ob es fremde Gänge, Flötze, oder zufällige Klüfte und Geſchicke ſeyn, die über- oder durch den Hauptgang fallen, item ob ihr Streichens und Fallens dem Hauptgang gemäß, oder widerwärtig ſeyn, oder aber, ob man einen freyen augenſcheinlichen Durchfall derſelben ſehe, und wie mans findet, wird die Erfahrung recht lehren, nach Bergläufftigen Gebrauch, Weiſung darinnen zu thun. In Summa da ein freyer augenſcheinlicher Durchfall eines Ganges, Flötzes oder Klüfft befunden, darauf ſoll man den Elteſten, ſo er von ſeinem Hauptgang fallen wollte keineswegs zum Vortheil ſich zu legen geſtatten, da es aber geſchehen, keine Gerechtigkeit zu erkennen, und ob in einem Fall der älteſte von ſeinem Hauptgang gefallen wäre, mag ihn der Bergmeiſter einen andern verleyhen auffn Fall des Freymachens. Berg-Bau-Spiegel L. IV. c. 4. §. 10 - 12. Berg-Rechts-Spiegel P. II. cap. XXX. §. 4. Conſ. Bergordn. für das Herzogthum Bayern art LXIII.

in hanc ius quadraturae transferre non licet, etiamsi intra quadraturam accessoriam venae A collocata sit. Ita quoque si vena concessa A prioris prope lit. A desinat, et cryptis transversis (Querſchläge) in quadratura principali *q. d.* prope lit. B, ad aliam venam B posteriori concessam perventum sit, quae viam non solum intra prioris quadraturam principalem, sed etiam intra eiusdem accessoriam *q. d. r. a.* pergit, ea ipsa, quasi vi iuris quadraturae principalis venae A, non acquiri potest, quoniam satis patet venas A et B duas venas diuersas esse, et concessionem, vti dictum est, ad aliam venam transferre non licet [318]. Nihilo tamen secius iure expellitur posterior quoad partem, quae intra quadraturam accessoriam venae prioris A invenitur [319]), ita vt prior, quovsque intra suam quadraturam accessoriam vena B procurrit, etiamsi abundet metallis, excidendi lapides metalliferos gaudeat facultate [320]).

318) Vid. supra §. 25. pag. 37.

319) Vid supra § 28. seq. et infra de iuribus quadraturae acceſſoriae.

320) Span Bergurth. nr. 230. Unſern ꝛc. — haben vor ziemlicher langer Zeit etliche Gewerken zum G. ſich ins Feld gelegt, Kübel und Seyl eingeworffen, eine Schacht niedergeſunken, und damit einen findigen Gang, welchen ſie Sanct A. genannt, entblößet, darauf ausgelengt, die Fundgrub abgebauet, und auf ſelbigen auf 30 Lachter und drüber, bis auf anderer Gewerken Stolln, die Hilff. G. genannt, und dann förter in die 7 Lachter unter dem Stolln abgeſunken, darüber ſie endlich an einen mächtigen Santſtein kommen, ſo neben dem Gang herſtreichet, an welchen der Gang in der Teuffen, ſo wol als hinterwärts ſich gänzlich abſchneidet, und kein Saalband durch zu bringen iſt. Nachdem aber obbemelte Stöllner etzliche Jahre nach dieſem Sanct A. Gangsentblößung in die 30 oder mehr Lachter, vorwärts, beſſer ins Feld einen Richtſchacht, Wettershalben, vom Tage niedergeſunken, alſo daß ſie damit ichtwas zu weit in des Stollens hangende kommen, und auf demſelben faſt eben die Seygerteuffe, wie die Sanct A. Gewerken, eingebracht, und daher einen Querſchlag gegen den Stolln, bis ſie durchſchlägig worden, treiben müſſen, haben endlich die Stöllner, weil ſie vermutet, daß ihr vorliegender J. Gang, darauf ſie auch mit 3 Maſſen beliehen, ſein Strei-

§. 76.

Fieri autem potest, vt metallifodina inveſtitus extra fines quadraturae principalis lapides metalliferos exsciderit, quod quidem iure fieri, vt commemoraui paragrapho antecedenti, non poterat. Hinc omnino quaeritur, an, quod ad hos lapides vel metalla ex istis excocta attinet, aliquam, et quam habeat obligationem. De ea re autem ita statuendum est. Si lapides ex errore exsecti fuerint, distinguas, vtrum iam e profundo extracti (über die Hängebank geworfen) sint, nec ne. Si illud factum sit, sibi hos lapides retinet, neque vlla ejus est ratione eorum obligatio. Eos vero, qui nondum egesti sunt, vindicare potest is, ad quem locus pertinet, in quo eruti sunt,

chens dahin ins Feld haben, und dieſes Orts in der Teuffe erſunken werden müſſen, auf gut Glück noch weiter geſunken, bis ſie in dem zehenden Lachter einen Gang getroffen, welchen ſie aufgenommen, und das beſcherte G. genannt, auf demſelbigen nunmehr in das 9te Jahr gebauet, und mit großen Koſten gebracht, daß eine ziemliche Anzahl heuer darauf gefordert, und Quartaliter feine Poſten Kupfer davon gemacht worden. Als nun berürte Sanct A. Gewerken, ſo vor denen des beſcherten G. Ganges das Alter im Felde haben, geſehen und befunden, daß iezo gedachte Gewerken des beſcherten G. Gang im Felde legen, haben dieſelben Sanct A. Gewerken in ihren Geſenke unterm Stolln im Obern Stoß, wo der Schacht wendet, einen Querſchlag gerad ins Creutz, durch den Sandſtein, faſt in die 3 Lachter getrieben und dieſen Gang erreichet, darauf die A. Gewerken angefangen zu ſinken und auszulängen, die Gänge entzwey zu brechen, und die gewonnene Erzt hinwegzunehmen vorgebende, weil ſie in ihrer Vierung binnen 3 Lachter dieſen Gang erbrochen, daß ſolcher ihr Sanct A. Gang ſey, und hetten hierdurch einen richtigen Beweiß auf den beſcherten G. Gang verführet, alles nach mehrern Inhalt der uns zugeſandten Frage. Ob nun zwar die Sanct A. Gewerken auf ihren Saalbande angeſeßen, und durch den Sandſtein ein Gewerſchlag getrieben, und der Gewerken des beſcherten G. aufgenommenen Gang erbrochen, ſo haben ſie doch hierdurch wie Recht, nicht erwieſen, daß der durch den Querſchlag angetroffene Gang der recht Sanct A. Gang ſeyn, aber jedoch hierdurch wegen ihres habenden Alters ſo viel erlangt, daß ſie dem in ihrer Vierung angetroffenen Gang, bis zum andern Saalband nachſchlagen, die Erz wegzuhauen und hinzunehmen, und ſich deſſen ſo weit er in der Vierung zu befinden, bis in ewige Teuffe, ungehindert der Gewerken des beſcherten G. zu gebrauchen macht haben. V. B. R. W.

siue, si is liber inveniatur, princeps is sit, siue inuestitus alio metalli receptaculo. Ergo, qui effodit, obligatione, illos reddendi, tenetur, ita tamen, vt qui eos, tanquam dominus, vindicat, sumtus restituat [321]). Si vero dolo facta sit exsectio, manifestum est, exsecantem obligari ad omne damnum restituendum ei, cui ius erat, eos lapides praescindendi, ita, vt, etiamsi iam metallum excoctum esset, eius tamen pretium restituendum sit, quia is, qui dolo fecit, iure metallico [322]) ne sumtus quidem deducere potest [323]). Imo, praecipue si sit exsectio facta in loco libero, vix effugiet poenam ei irrogandam.

§. 77.

Caeterum adhuc monendum est, iura, quae de quadratura principali respectu directionis generalis valent, aeque valere intuitu inclinationis generalis [324]) (dem Hauptfallen), quoniam venae quoque pro altitudine, licet rarius, abscinduntur, in alium locum abripiuntur, et in fibras disiiciuntur. Ita pleraque exempla de directione proposita quoque ad inclinationem lapsumve, dummodo situm sumseris mutatum, adplicare et iura cum qnadratura directionis connexa ad quadraturam etiam inclinationis deducere recte poteris.

321) Quod ipſo iuri ciuili consentaneum est L. 36 §. ult. et L. 37 D. de hereditatis petitione.

322) Arg. Sentent. scabinat. metallici Fribergensis d. a. 1685 in Hertwichii Bergbuch s. v. Hengebank §. 3.

323) Quod non prorsus cum iure ciuili conuenire videtur. l. 38. et 39 D. de heredit. petit.

324) Append. der Bergwerksgebräuche im Joachimsthal ad part. II. art. LXXXVII. §. 7 in med. von Oppel Markſcheidekunſt §. 579 et *ratio decid.* 16 ad moment. II. *Sententiae* scabinatus metallici Clausthaliensis in causa Himmelsfürſt *contra* Weißſchwan und Volleroſe latae in Beyträge zur Bergbaukunde p. 193.

Fac vt hic quoque exemplo vtar, venam per aliam venam lapsu permeantem (wenn ein Gang den andern durchfällt,) esse intercisam, partem abscissam vero e quadratura principali seu inclinationis generalis in quadraturam accessoriam alius venae eiusque iunioris, abductam, tunc investitus vena illa, etiamsi sit senior, ius in parte abducta amittit, quoniam e quadratura principali ablata est. Simile quoddam etiam tunc euenit, si vena A. descendendo rimam straturae (Schichtungskluft) B. persequitur, et loco mutato profundius descendit[325]) C. vid. Fig. 18 in qua *q. d. r. p.* quadraturam principalem, lineae magis minusve horizontales commissuras straturae denotant. Sed simul etiam senties, haec iura paucissimis tantummodo in casibus exerceri posse, propterea quod primum venarum viciſsitudines quoad inclinationem sunt rarissimae, deinde, quia neutiquam noua petitione, sed tantum expressa adnotatione opus est, si vena vel erigitur vel praecipitatur.

De iure quadraturae principalis propter foſsas in superficie terrae actas.
(Beym Schürfen.)

§. 78.

Reliquum est, ut etiam de iure istius quadraturae, de qua iam supra[326]) egi, verba quaedam adiiciam. Quodsi nimirum

325) Exempla exstant in Monte Suis prope Ehrenfriedersdorfium. Aliud vero exemplum silentio praeterire plane nequeo, quod memoratu dignissimum mihi esse videtur, et quod in fodina St. Catharina zu Naſchau obvium est. In ea nimirnm vena argenti et cobalti, nominata der Suſanner Stehende, propemodum recta usque ad stratum pyritae Hoffnung Gottes appellatum descendit, diuisa in tres fibras sub inclinatione 35 grad. et pro longitudine 8 orgyias per id permeat, post vbi id relinquit, integrata denuo ad inclinationem 70 profundius in terrae ruit viscera.

scrutator (Schů fer) ex fossa sua quadraturam principalem funiculo fecit componi, omnes fossae aliorum scrutatorum recentiorum, quae finibus quadraturae demensae continentur, ipsaeque venae in his fossis apertae ad illum, scilicet primum inventorem, redeunt[327]).

B) *De iure quadraturae accessoriae.*

§. 79.
1) *De notione.*

Ius quadraturae accessoriae, s. *ius quadraturae directionis* et *inclinationis specialis.* — Vierungsgerechtigkeit, Recht der acceßoriſchen Vierung, Specialvierungsrecht, — est complexus iurium realium investito ob quadraturam accessoriam, quatenus limites quidam ex legibus non obstant, competunt, atque obligationum, quae ipsi incumbunt.

§. 80.
2) *De limitibus.*

Ius quadraturae accessoriae, quadraturae ipsi adhaerens, ideoque tantum abscisse intra fines huius spatii exercendum,

326) Part. Prodrom. §. 40. 5.

327) Bergrechts-Spiegel P. II. cap. II. §. 4. Wo ihr 2, 3 oder mehrere auf einem Feld nahend zuſammen und ein jeder vor ſich ſelber alte Zechen gewältigen oder ſchürffen, und neue Gänge ſuchen wollte, ſo ſoll ihn ſolches, da ſie der Ordnung nachkommen, erlaubt und zugelaſſen ſeyn, doch ſoll keiner dem andern näher als 3½ Lachter einſchlagen, welcher unter denſelben zuerſt einen Gang oder Erz erreichet, und die Zeche maaswürdig macht, ſo ſoll er unſäumlich der Ordnung nachkommen, und vermeſſen laſſen, und welche Schächt, Zechen oder Schürfe mit der Schnur überreichet und in ſeine Vierung kommen, der ſoll er genießen, und die andern ſeyn dem ſchuldig zu weichen. — In terris Palatinis Electoralibus aliter res propterea se habet, quod ibi etiam in venis area quadrata altitudinis infinitae conceditur, scrutator scilicet suis ſossis ultra 20. org. ad alium accedere prohibetur. Chur-Pfälz. Bergordn. d. a. 1781. §. 35.

neutiquam vero ultra eos extendendum est [328]). Itaque simul exspirat, ac quadratura accessoria ipsa desinit [329]). Verum praeterea nonnumquam ulterius restringitur per triplex illud, de quo supra actum est, ius prioritatis metallicae. Ubi igitur ea prioritatis iura ad quadraturam accessoriam revoces, res in haec momenta abit:

1) *Senior habet ius quadraturae accessoriae contra iuniorem.* (Der Aeltere hat die Vierung auf den Jüngern, sive der Jüngere muß die Vierung vom Aeltern leiden, s. der Jüngere wird vom Aeltern ausgemeſſen. [330])

328) Sententia Scabinatus metallici Fribergensis ad requisitionem Herrn Johann Georg Schreckens et cons. zu Könitz a. 1690 lata in Herttwich Bergbuch s. v. Gang §. 46 * — — — So iſt auch der auf den ſtreitigen Erzen verſtattete Cummer vor ungültig nicht zu halten, noch die Hoffnung Gottes ein mehres an denen durch ihren Querſchlag im Hangenden erbrochenen Erzen, als ſie mit ihrer Vierung erreichen können, wegzunehmen befugt. V. V. R. W.

329) von Schönberg Berg-Inform. part. I. pag. 49. §. 2. in fin. Da aber der Gang ganz verloren, hat er weder Vierung noch Alter, weniger des Jüngern Ganges zu genießen. Berg-Bau-Spiegel Lib. II. cap. 11. §. 1. Span Bergurthel nr. 102. et 203. Wann aber vors Dritte deß Eltern Gang ſich ganz und gar verliehre und abſchniede, alſo, daß kein Gang mehr Augenſcheinlich zu ſehen were, der Markſcheider auch daher wegen manglung des Saalbandes kein Anhaltens nehmen und eine Vierung zulegen könnte, ſo hat auch der Elter wegen ſolcher Verlierung ſeines gehabten Gangs, davon das Anhalten genommen und die Vierung zugelegt werden ſoll und muß, ſolche ſeine Gerechtigkeit und Vierung zugleich mit verloren, und ſich weiter der Vierung halber nichts anzumaſſen, es were dann das hernach in fernern Fortfahren ein anders auf ihn gebracht, V. V. R. W. Freyberg. Vid. part. prodrom. §. 29. conclus. III. et IV.

330) von Schönberg Berg-Inform. p. 2. Aeltere und Jüngere im Felde. §. 2. Wenn Gänge zuſammen und einander in die Vierung fallen oder ſonſt ein Creutz machen, ſo iſt der Jüngere dem Aeltern zu weichen ſchuldig. Berg-Bau-Spiegel L. II. cap. 11. §. 3. Wenn nun ein Gang das Alter vor andern neben ſich hinſtreichenden oder überſetzenden Gängen hat, ſo hat er das Recht, was er vor Erz 3½ Lachter von ihm aus in hangenden und liegenden, uff ſolchen jüngern Gängen erreichen kann, das mag er weg-

2) *Maior ius quadraturae accessoriae exercet contra minorem.* Venae scilicet ius quadraturae habent in strata et in ea metalli-receptacula, quae his aequiparantur, etsi sint seniora. [331]) Die Flötze müſſen von Gängen die Vierung leiden.

3) *Nobilior habet ius quadraturae accessoriae contra viliorem.* (Die ho'en Metalle haben die Vierung auf die nie'ern.) [332]) Scilicet metalli-receptaculis nobiliora metalla ferentibus ius quadraturae competit in ea metalli-receptacula, ex quorum lapidibus viliora tantum metalla excoquuntur.

3) *De*

hauen. Joachimsthal. Bergordn. part. 2. art. 77. §. 1. Berg-Rechts-Spiegel part. II. cap. 28. §. 7. Span tit. 6. §. 4. lit. e. Urthel 187. 233. Cons. Oberpfalz. Bergordn. § 24. Bergordn. für das Herzogth. Bayern art. LXI. Chur-Cöllniſche Bergordn. Part. V. art. III. Chur-Trieriſche Bergordn. art. III. art. 21. Magdeburg. Bergordn. cap. XXVIII. Cleviſch. Bergordn. cap. XXVII. Schleſiſch. Bergordn. cap. XXVIII. Däniſche Bergordn. part. 2. art. 36. Würtembergiſche Bergordn. P. II. art. XI. Heſſen-Caßelſche Bergordn. d. .a 1616. P. II. art. XXIII. Löhneyß Bericht vom Bergwerk. Bergord. P. II. art. 27.

531) Churſächſ. Bergordn, art. XXII. **Von Zwitter, Kies und Eyſenfletz und derer Gerechtigkeit.** vid. supra §. 60. von Schönberg Berg-Inform. p. I. p. 33. §. 52. es müſſen aber die Flötze, ungeachtet ſie älter belehnet, von einem durchſtreichenden Gang die Vierung leiden. **Berg-Rechts-Spiegel** P. II. cap. IV. §. 5. p. 195. Mit ſolchen verliehenen Flötzen aber ſoll keiner auf den Silber- und andern Gängen einige Vierung noch Gerechtigkeit erlangen, haben oder bekommen, und obgleich die Flötze das Alter hätten, ſondern die Gänge, wo es ſich alſo begeben ſollen die Gerechtigkeit der Vierung auf den Flötzen haben; Begäbe ſichs aber, daß ſie mit ihren Gebäuden Klufft oder Gänge überführen, ſo ſollen die Bergmeiſter jedes Orts dieſelben Gänge, auff ihr Muthen und Begehren, wie andere Gänge verleyhen, mit denen ſollen ſie die Gerechtigkeit wie auff andern Gängen zu erlangen haben. **Kayſer** *Rudolphi II.* **Land-Bergordn.** uffn Joachimsthal. Span tit. 6. §. 4. lit. F. Cons. Marggräfl. Brandenb. Bergordn. d. a. 1619. art. 24. §. 2. et all.

332) Churſächſ. Bergordn. d. a. 1589. art XXII. von Schönberg Berg-Inform. p. I. p. 35 §. 52. Mit Zwitter- und Eiſenſtein-Gängen erlangt man auf die Silber-Gänge keine Vierung. Conſ. Bergordn. für das Herzogth. Bayern art. LIX. vid supra. §. 61.

3) *De iuribus e iure quadraturae accessoriae oriundis.*

§. 81.

Iura autem, quibus vena principali investitus in quadratura accessoria gaudet, sunt ea, quae nunc sigillatim expositurus sum.

§. 82.

a) *Ius operum instituendorum.*

Ac primo quidem habet investitus propter quadraturam accessoriam ius opera metallica auxiliaria, (Hülfsbaue) vti sunt putei, cryptae etc. in hac quadratura accessoria instituendi, [333]) quod simul sequitur ex eo, quod statim enarrabo.

§. 83.

b) *Ius exsecandi intervenium.*

Deinde investito *ius est totum intervenium* (Quergeſtein) *quadraturae accessoriae exsecandi.* [334]) Hoc ius imprimis tum exercetur, si saxum quadraturae accessoriae metallis sit praegnans et quasi imbutum, quod quidem praecipue in stannifodinis occurrere solet. Hoc vero ex iure et ex eo, quod primo loco posui, ius, lapidicinas in quadratura accessoria instituendi, derivari posse, nemo negabit.

333) Arg. Sententiae Scabinatus metallici Fribergensis d. a. 1690. in Herttwich Bergbuch s. v. Auslängen.

334) von Schönberg Berg-Inform. p. I. p. 32. § 52. »Auch ſind die Gewerken jedes belehnten Ganges ihre Vierung durch Quergeſtein abzubauen berechtigt. — Span tit. 6. §. 4. lit. g. Urthel 243. Voigtelii Geometr. subterr. part. 13. §. 6.

§. 84.

c) *Ius eruendi metalla.*

Tertium *ius est eruendi metalli-receptacula in quadratura accessoria occurrentia*, [335]) quippe quae beneficio naturae saxo quadraturae accedunt, ideoque iure accessionis ad quadraturam pertinent. [336]) Vnde quoque consequitur hoc, vt metalli-receptacula in quadratura accessoria insita nec alii petitori concedi, [337]) nec per iuratum ob desidiam in laboribus peragendis intra quadraturae accessoriae spatium, dummodo in vena ipsa seu strato principali indefessum sit

335) Das alte Freybergiſche Bergrecht Sect. I. art. 19. von Marſcheyden recht. Sect. II. cap. 1. art. 1. Jſt das einem manne gelygen wyrt eyn gang recht und redlich, der beheldet ſyben Lehen, und vierdehalp lachter yn ſyn hangendis und vierdehalp lachter yn ſyn legendis, und waz da genge ynne gehin, dy ſint ſyn. Append. der Bergwerksgebr. in Joachimsthal ad p. II. art. LXXVII. §. 2. Ein jeder Gang hat vermöge ſeines Alters 3½ Lachter ins Hangende und 3½ Lachter ins Liegende Gerechtigkeit, und was er in bemeldeten ſieben Lachtern begreifft und berührt, das iſt ſein, ſofern er ſein Alter auf ſeinen Gang erhalten hat, und das heißen Bergleute eine Vierung. Berg-Rechts-Spiegel P. II. cap. XXX. §. Das alte Iglauiſche Bergrecht art. 15. von dem rechte des winkelmaßes. von Schönberg Berg-Inform. p. I. p. 32. §. 52. Wie denn ein jeder belehnter Gang, er falle ſeyger oder flach ſeine Vierung mit ſich führet, alſo daß deſſelben Ganges Gewerken, was ſie darinnen vor Gänge antreffen von einem Sahlband bis zum andern — — — bis in ewige Teufe, ſo lange ſie in der Vierung anzutreffen abbauen, die Erze gewinnen und hinwegnehmen mögen. Berg-Bau-Spiegel. L. II c. 4. §. 3. Span Urth. 236. et 237. Cons. Bergordn. für das Herzogth. Bayern, art. LIX. in med. Chur-Cöllniſche Bergordn. P. V. art. III Ungariſche Bergordn. d. a. 1375. art. V. §. 2. Däniſche Bergordn. art. XXXVI. et al.

336) Hoc ex eo patet, quia ſpatium quadraturae in legibus metallicis definitum est, ut jam supra §. 30 demonstravi, eamqve ob caussam nulla speciali petitione ac concessione saxa exsecandi indiget.

337) Append. der Bergwerksgebr. in Joachimth. part. II. ad art. 8. nr 3. princip. der Bergmeiſter ſoll in anderer vorliehener Gänge Vierung nichts zu vorleihen. Berg-Rechts-Spiegel p. II. cap. 30. §. 1. Span tit 2. §. 3. lit. c. tit. 6. §. 4 lit. 6. Urthel 36. 39. seq.

exercitium, pro liberis seu desertis declarari possint,[338]) ac ut denique vena principali investitus ad ea acquirenda singulari petitione non egeat. Potest tamen in eum euentum, si ſorſitan post aliquod intervallum vena concedenda cum alia consocietur, aut ipsa abeat in ſibras, atque illa vel hae exeant e quadratura, sub hac conditione earum omnium petere concessionem.[339])

Iuris, metalli-receptacula in quadratura accessoria exsecandi, brevis adumbratio.

§. 85.

Hoc ius, quo investitus in metalli-receptacula in quadratura accessoria obvia, sive nemini, sive *posteriori* concessa, praeditus est, multiſariis in causis exercetur. Operae itaque pretium est, cum venarum concursus saepissime sint intricati atque confusi, exempla quaedam proferre, quibus, quid de quadratura accessoria, in venis concurrentibus aut ad se appropinquantibus, item in ſibris per quadraturam sparsis, vindicanda iuris sit, magis illustretur. Attamen duntaxat de solo concursu venarum quoad earum directionem verba ſaciam, quoniam cuique ſacillimum erit intellectu atque discre-

338) Appendix der Bergwerksgebr. im Joachimsth. ad part. II. art. VI. nr. 10. In voriger vorliehener Gänge, Maßen und Vierungen, dieweil man dieſelbigen im bäulichen Weſen helt, ſoll man und kann nichts frey machen.

339) Appendix der Bergwerksgebr. im Joachimsth. part. II. ad art. 8. nr. 3. Trüge ſichs aber zu, daß die alten belehnten in ihrer Vierung, ſo ſich ihre Gänge theilten, ſelbſt ihnen zu gute mit dem beſcheiden, ob die Trümmer von einander fielen, und außer der Vierung kommen, auffnehmen würden, alsdann mag es ihnen der Bergmeiſter auch alſo wohl beſtetigen, andern aber nicht. Vid. supra §. 71. in ſine.

tu, quomodo exempla de directione venarum deprompta ad earum inclinationem et ad concursum stratorum commode transferri debeant.

§. 86.

Recte exercetur hoc ius

α) *in fibris f. f. f. f.* Fig. 19. quae e vena principali A. diffunduntur, et quatenus intra fines quadraturae accessoriae *q. d. r. a.* continentur, [340])

β) *in venis venulisque comitibus c. c. c. c.* Fig. 20., quae venam principalem concessam A. in pendente et iacente intra fines quadraturae accessoriae *q. d. r. a.* comitantur, quod potissimum in *venarum congregatarum tractibus* locum habet, si quidem per modum areae longae concessi sunt [341]).

γ) in venis concurrentibus [342]) — (beym Kreuzen und Schaaren der Gänge).

340) Argum. legum in §. 84. allegatarum et Span Bergurth. nr. 231. Erkennen darauf zu Bergrecht, daß dem Eltern Gewercken, weil ihr Drum in ihres Hauptganges Vierung bleibet, ihre Vierung als 3½ Lachter ins hangend und 3½ Lachter ins liegend, nach Befindung des Markſcheiders zu ſich zu nehmen freyſtehet. V. B. R. W. 16. Aug. 1633. Joachimsthal.

341) Manifestum hujus speciei exemplum occurrit in venarum congregatarum tractibus Montis Suis prope Ehrenfriedersdorfiam, uti der Lehm-grübner-Prinzler- und Seegen Gotteßer Zug, quarum venae principales vix latitudinem octavae partis orgyiae habent, et multis venis venulisque angustissimis in utroque latere comitatae sunt, quae quidem, non tamen ex alia facultate, quam ea, eruuntur, quam jus tribuit quadraturae accessoriae.

342) von Schönberg Berg. Inform. part. I. pag. 2. §. 2. Wenn Gänge zuſammen, und einander in die Vierung fallen oder ſonſt ein Creutz machen, ſo iſt der Jüngere dem ältern zu weichen ſchuldig. Cons. Baieriſch. Bergfreyheiten von Max. I. ertheilt, d. a. 1611. in med. (in Lori Sammlung p. 439). Und ſo ein Zwerchgang den andern überfallen möchte, daß zween auf Eiſenſtein belehnet; da ſoll der jüngere dem ältern der Vierung nach, zu weichen

aa) et bb) Si vena *prioris* A. venam posterioris B. vel ex transvorso (Winkelkreuzweiſe) (Fig. 21.) vel ex obliquo (Schaarkreuzweiſe) (Fig. 22.) permeat, venae posterioris pars N. K. et *n. k.* quantacunque in quadratura accessoria prioris *q. d. r. a.* continetur, ac quousque crux venarum vel transvorsa vel obliqua intra ſines areae concessae in altitudinem descendit, priori vi suae quadraturae accessoriae concessa intelligitur, ideoque posterior eam partem priori relinquere debet. Nihilo secius autem ius suum toties, ſacto concursu, recuperat, quoties vena e quadratura prioris accessoria iterum egreditur, [343]) sicuti prope N. et K. Fig. 21. vel *n.* et *k.* Fig. 22.

cc) Idem valet, si plures venae vel sub cruce transvorsa vel obliqua vel utraque se intersecant, ideoque in quadraturam invicem incidunt, vid. Fig. 23. Quo in casu vena prioris A. ius quadraturae contra posteriores B. C. et D. exercet et earum partes *f, s. g, h.* et *l, m.* quatenus in quadratura *q, d, r, a.* prioris continentur, suas ſacit.

dd) Si ad venam prioris A. ſig. 24, vena posterioris B. oblique accedit, hic scilicet posterior, priori partem *f. s.* quadraturam *q. d.* incidentem relinquere tenetur.

ee) Iam vero si vena prioris A. et posterioris B. Fig. 25. oblique conveniant, illa tamen ultra hanc neutiquam procedat, tamen pars venae posterioris *r. a.* intra ſines quadraturae accessoriae prioris *q. d. r. a.* sita priori iure competit.

ſchuldig ſeyn. Allgemeines Geſetzb. für die Preuß. Staaten. T. IV. P. II. tit. 16. Vom Bergwerksregal, §. 356.

343) Berg-Rechts-Spiegel P. II. cap. XXVIII. §. 2. Wofern aber dieſelbigen Gänge noch in größerer Teufe wieder aus der Vierung fielen, alsdenn ſollen die vorigen Gewerken ihre Gerechtigkeit nach Bergwerksgebrauch und Uebung wiederumb davon erlangen und haben.

ff) Quod etiam valet si vena prioris A. Fig. 26. per posterioris venam B. ex transvorso prorsus abscissa est. Quodsi vero isto in casu quaestio exoriatur, an prior A etiam venam C, quae comitatur posteriorem B. quoad partem defluentem intra quadraturam principalem q. d. r. p. acquirere possit, haec omnino neganda est, quoniam neque vena neque crustae adsunt, e quibus quadratura accessoria porrigi possit. Potius sicut existimo, illa pars venae C. cedet investito vena B. propterea, quod hic in eo spatio quadraturam suam continuet principalem, ut eadem locum obtinere videantur principia, quae nunc statim explanabo, ut tibi fingas, hic iuridice, ut in insequenti exemplo physice, finiri venam. Aliquando tamen omnino haec vena C. venae A. accrescere poterit, quod ex hoc exemplo demonstrandum est.

gg) Finge in fig. 27. venam A. in aliquo loco finiri, in alio, retenta directione, iterum incipere, ut dictum iam est occasione figurae 12. atque intra hoc spatium, in quo nulla pars venae A. invenitur, venam B. procurrere, ut propterea, recuperato suo iure ex venae restauratione intra quadraturam principalem *q. d. r. a.* vena A. partem venae B. *n. k.* suam faciat, ob hanc causam partem illam venae C. intra lineas q. d. et r. p. fig. 26. sitam, sibi quoque vindicabit.

§. 87.

Continuatio.

δ) *In venis concurrentibus et consociatis.* (Beym Schaaren und Schleppen der Gänge.)

aa) Si vena posterioris B. Fig. 28. ad priorem A. pervenit et cum ea consociata progreditur, posterior eousque, quous-

que in quadratura accessoria prioris *q. d. r. a.* remanet, huius ſit.

bb) Idem valet si prior A. Fig. 29. posteriorem B. quoad longitudinem diffundit et in eius medio procurrit.

cc) Finge porro, tres venas A. B. C. in fig. 30. quarum in praerogativa, quaecunque illa sit, ista A. primum locum occupat, illa B. secundum, haec autem C. nulla gaudet prioritate, una autem accedere B. et C. ad venam A. et post, ubi hanc A. permeaverint, iunctim ambulare, uti prope *b.* ius quadraturae accessoriae hunc producet effectum. Primo prior A. utriusque venae B. et C. partes in quadratura accessoria *q. d. r. a.* sitas acquirit, deinde vero ex eo loco, quo e quadratura accessoria prioris egrediuntur, altera, quae inter has duas est prior scilicet B alteram nimirum C sibi iure vindicat, quousque illa coniunctio durat et vena C ex quadratura accessoria venae B non exit.

dd) Si ad priorem A. Fig. 31. posterior B accedit, illamque haec secum rapit, ita, ut prior illa extra quadraturam suam principalem punctis in figura designatam transferatur, pars posterioris *r. a.* quidem ad priorem pertinet, trans fines quadraturae vero vena, quae antea prior fuit, nunc posteriori acquiritur, siquidem illi priori ultra quadraturam nullum amplius inhaeret ius, posterior autem remanens in sua directione suum ius retinet.

ε) In venis sibi invicem vicinis.

ee) Si in quadraturam accessoriam *q, d, r, a.* Fig. 32. prioris A. vena posterioris B. modo incurrat, modo vero ex ea iterum egrediatur, prior solam partem immissam in suam quadraturam, sive per lineam *r. a.* rescissam acquirit.

ff) Si vena poſterioris B. Fig. 33. in quadraturam acceſſoriam *q, d, r, a.* prioris A. ingreſſa eſt et in eius vicinitate, licet eam ipſam non tangat, procurrit, vena poſterioris ad priorem etiam pertinet, quatenus in huius quadratura remanet [344]).

gg) Immo ſtrictiſſima huius rei explicatio, tam iuridica quam mathematica, locum habet, hoc exemplo probante. Si vena poſterioris B. Fig. 34, eadem directione, quam obſervat prior A, et in huius vicinitate eum in modum procurrit, ut dimidia vel ſaltem aliqua latitudinis ſuae pars in prioris quadraturam acceſſoriam *r. a.* incidat, poſterior pro hac parte priori quoad ius cedere tenetur, reliquam vero partem extra quadraturam venae A. procedentem iure retinet [345]). Quae diviſio

344) Span Bergurth. n. 87. Unſer ꝛc. Demnach ſich nun befunden, daß der S. J. Gang und A. D. mas Gang, ſo nahe in der Vierung, daß nur ein Mittelberg dazwiſchen, auch weiter ins Feldt gar zuſammen kommen, wie jetzo faſt augenſcheinlich, der J. aber mit ſeiner Belehnung zwey Jahr älter als jetzige A. D. mas, ſo hätten ſie ohn alles Mittel müſſen aus dem Felde weichen, wo nicht durch gütlich Tractat der H. Commiſſari ꝛc. V. B. R. W. 18. Martii 1625. Joachimsthal.

345) Von Schönberg Berg-Inform. p. I. p. 32. §. 52. alſo daß deſſelben Ganges Gewerken, was ſie darinnen (scil. in der Vierung) vor Gänge antreffen, von einem Sahlband bis zum andern (obgleich der berührte jüngere Gang mit ſeinen beyden Sahlbändern nicht völlig in der Vierung) bis in ewige Teufe — wegnehmen mögen. Cons. Bergordn. für das Herzogth. Bayern 1784. art. LIX. Sententia ſcabinat. Friberg. in Span Bergurth. nr. 232. Unſern ꝛc. Demnach ſprechen wir vor Recht, begiebt es ſich wann ein Bawender Gewerk eines ſtreichenden und findigen Ganges, ſo das Alter im Felde und conſequenter auch ſeine Gerechtigkeit und Vierunge auf jüngere Gänge hat, mit demſelbigen ſeinem ältern Gang ſo nahe am jüngern käme, daß er in Abbauung der Vierung durch Querſtein langete, den jüngern Gang mit etwas, jedoch nicht den ganzen Gang berührte, und in ſeine Vierung brächt, ſo were derſelben auf den ältern Gängen, denn in ſeiner Vierung angetroffenen jüngern Gang, von einem Saalband biß zum andern, bis in ewige Teufe abzubauen, die Erzt zu gewinnen und hinwegzunehmen

visio cum omnino pluribus prematur difficultatibus, hac in specie potissimum suadendum est, ut duae fodinae, quarum utrique pars aliquota unius venae adiudicanda est, aut consolidentur, (die Gebäude zuſammenſchlagen,) aut inter eas de parte controversa amice tsansigatur. Nam, in ea exsecanda, utraque fodina altera alterius auxilio eget, nisi cuiusvis possessor omnino periculis atque negotiis solus opera sua agere velit [346]).

§. 88.

Continuatio.

Quo autem modo posterior ius suum in eam partem suae venae amittit, quae in prioris quadraturam accessoriam incurrit, eo quoque modo ipso iure quadraturae in ea parte, quae intra prioris quadraturam collocari deberet, priuatur, sicuti hoc ex exemplis propositis satis patet. Verumenimvero interdum accidit, vt posterior, salva ipsa vena principali, quadraturam tantum suam accessoriam amittat. Fit vero id duplici modo.

aa) Alter contingit ita, vt tantum partis quadraturae fiat iactura, si nempe vena posterioris B. Fig. 35. iuxta planum quadraturae accessoriae *d. a.* prioris A. sub aequa directione ita transit, vt quadraturae suae accessoriae partem *a. d. q. r.* quadratura prioris *a. d. q. r.* absorbeat.

bb) Alter autem, quo nihil quadraturae posteriori reliqui est, tunc obtinet, si vena posterioris C. Fig. 36. inter fines

nehmen wohl befugt, jedoch ſo weit derſelbe in der Vierung anzutreffen und zu befinden, V. B. R. W. et sententia nr. 494 de iure quadraturae accessoriae cuniculorum, a Scabinis metallicis Schönfeldensibus lata.

346) De hac materia olim disseruit Illustr. Praeses in programmata disputationi inaugurali *Bielitzii de iuribus singularibus atque immunitatibus ad rem metallicam in Saxonia concessis.* Viteb. 1794. adiecto.

binarum quadraturarum *q. r.* et q. r. ad priores A. et B. pertinentium prorsus eadem neque eamutata directione ita procedit, vt quadraturae priorum vsque ad ipsam venam posterioris pertingant, quod si fit, illae A. et B. omne spatium quadraturae posterioris abscindunt, ex quo manifestum est, venam C. omne ius quadraturae perdere.

Ex ea cum legibus metallicis praeclare conspirante sententia, scilicet ius quadraturae quam strictissime planis terminantibus coerceri, porro deriuandum id quoque est, priorem, dum sibi venam posterioris acquisivit, nullo modo et huius quadraturam, quatenus extra fines suae, prioris scilicet quadraturae, sita est, acquirere, neque eum tali modo ius in aliud spatium extendere posse. Obiiciat aliquis forsan, quadraturam, quoniam sit accessoria, suum principale, venam puta principalem, sequi, ideoque priori, si quidem venam posterioris acquisiverit, simul esse adiudicandam. Verum illa iuris communis regula applicari ad hanc causam non debet, partim, quod ipsae leges obstant, partim, quia vena posterioris, priori acquisita, respectu huius ipsum accessorium et tantum respectu posterioris, vtpote qui eam expresse petiit, res principalis est. Iam vero exoritur quaestio, an posterior per partem quadraturae, quam habet residuam, ex quo vena principalis ipsa priori accedere debuit, alienas sibi venas posteriorum acquirere possit? Quo autem clarius, quomodo hanc rem existimem decidendam, pateat, conieci Figuram 37. Si in quadraturam *q. r. d. a.* prioris A. vena posterioris B. incurrit, ita vt aliquando pars suae quadraturae *d. a.* q. r. extra fines illius, quae A. est, relinquatur, in hanc vero

posterioris quadraturam residuam vena tertia C. posterior illa B. procedat, iam, si B. et C. de possessione retinenda ambigunt, res, tametsi in ancipiti omnino haereat, [347]) tamen ita videtur esse dirimenda, vt vena primo nomine posterior per quadraturae suae residuum *d. a. q. r.* neutiquam venam secundo nomine posteriorem C. acquirere possit, sed multo magis prope lineam *f. s.* ex area decedere debeat, quoniam amissa principali re, siue vena principali, quoque accessorium, scilicet quadratura, amitti debet. Nihilo secius autem monendum est, venam B. statim iura sua recuperare, vt e quadratura prioris excedit.

§. 89.

Duo investiti nonnunquam iuris prioritatis in quadratura accessoria vices mutant.

Postremo, vt alium casum, dignissimum, qui enarretur, silentio transeam, impetrare a me non possum. Scilicet nonnunquam *seniorem, et iuniorem,* in area vtrique concessa ea autem collidente, *vices iuris senioratus alternare,* et eum, qui modo personam senioris sustinuerat, nunc iuniorem conspici, seniorem vero eum, qui modo iunioris habebat partes. Exemplum huius rei sistam. Si quis certo quodam tempore in vena A. Fig. 38. concessionem fodinae primariae *b. c.* et fodinae secundariae proximae superioris *c. d.* (obere nächſte Maaß), alius quidam e contrario posterior in vena B. concessionem fodinae primariae b. c. et quatuor fodinarum secundariarum superiorum c d. d e. e f. f g. (erſte bis vierte obere

347) Vid. §. 69.

Maaß) impetrauerit, tandem fodinario venae A. fodinae secundariae secunda et tertia *d e.* et *e f.* concessae sint, alter autem in alterius quadraturam incidat, tunc A. tantummodo ius senioratus pro longitudine fodinae primariae b c. et proximae fodinae secundariae superioris c d. exercere, venamque posterioris B. in spatium quadraturae accessoriae introlatam suam dicere potest, quippe posteriori, in vena nimirum B. ipsum senioratum pro longitudine fodinarum secundariarum d e. e f. et f g. exercere, et venam A, nunc quidem posteriorem, sibi sumere, iure licet. Saepissime quoque occurrit, vt investitus partes senioris agat respectu venae alterius, partes iunioris vero respectu venae tertii, ac, vt de pluribus venis investito senioratus competat in hac, iunioratus vero in illa vena. [348])

§. 90.
De mensuratione eius partis venae posterioris, quam prior iure quadraturae accessoriae acquisivit.

Quanquam spatium quadraturae legibus metallicis expresso et perspicuo nomine definitum est, tamen in concursu venarum, inprimis, si altera alteri oblique inserta est, cum non possit per intervenium mensura fieri, quadratura enim metienda est ex angulo recto (vid. fig. 39. F. E. K.) non patet mensura lineae longitudinis horizontalis venae posterioris, (Fig. 39. lin. E. K.) secundum quam metalla prior eruere in suam vtilitatem possit. Haec itaque, quo magis fiat certior res, et quo

348) Vid. das Rechtliche bey der in Churſachſen und an andern Orten gebräuchlichen Vierung §. 15. in Lempe Magaz. der Bergbauk. Tom. VI. Abh. XI. Allgemeines Geſetzbuch für die Preußiſchen Staaten Tom. IV. P. II. tit. 16. von Bergwerksregal §. 364.

minus posteriori iniuria fiat, ad calculum revocanda est. Statim enim ac prior ius quadraturae accessoriae in posteriorem exercere vult, ac, quin id exercere possit, inter eos vlla intercedere nequit contentio, tum per fodinae mensorem loca quaestionis mensurantur, ac super iis deinde ichnographia conficitur, in qua lineae, quae fines quadraturae accessoriae deſignent, eatenus describuntur, quatenus vena posterioris in quadratura prioris versatur, quatenusque igitur huic ius exsecandi venam competit. Hac quidem in designatione non solum vena prioris, sed etiam vena posterioris, quoad crassitudinem, directionem et inclinationem, quam maxime accurate consignentur, necesse est, quo clarissime pateat, quousque fines ac iura vtriusque investiti pertingant, ac neutri iniuria fiat. Nam ad hanc eandem ichnographiam in ipsis venis accessoriis eruendis respicitur [349]). Longitudinis horizontalis autem, pro qua vena accessoria vi quadraturae ad priorem pertinet, determinatio, quae, nisi specus ad diiudicationem claram reddendam idonei ducti sint, fieri nequit, et ichnographiarum deinde confectio, pro diuersitate venarum concursus, magis quidem minusve, semper tamen admodum est difficilis. Quodsi quidem vena posterioris recta descendens venam prioris recta quoque descendentem ex transverso secat, res in ancipiti neutiquam haeret, quoniam tunc dimidia mensura quadraturae ex vtraque parte venae prioris in ipsa vena posterioris sub rectangulo et linea horizontali redditur. Verumenimvero, vbi venae oblique sese intersecant, iam longitudo horizontalis, pro qua prior posterioris venam eruere et sibi sumere potest, cal-

349) von Oppel Markſcheidekunſt §. 914.

culis fodinae mensorum determinanda est [350]), ni id, ipso saxo laterali transvorsim perfosso, sumtibus magnis atque negotiis demum comperire velis.

350) Memorare possem, quibus diuersis rationibus calculorum quadratura pro diuerso venarum concursu determinari soleat, ni id longius ab incoepto me traheret, et id potius ad prouinciam geometrae subterranei pertineret. Attamen, operae pretium est, ne prorsus hanc rem sicco pede transeam, vt formulam principalem longitudinem horizontalem quadraturae ad venam aliquam compositam inveniendi, ad quam ceterae pleraeque facili negotio revocantur, cum lectore, et cuius interest, communicem. Repraesentet Fig. 39. sectionem horizontalem binarum venarum se mutuo quoad directionem horizontalem intersecantium. A. B. C. T. sit vena *prioris* O P et G H sint lineae directionis horizontalis planorum terminantium quadraturam, R V vena *posterioris*, quae lineam directionis quadraturae O P et G H in punctis N. et K, venam prioris vero ipsam in punctis L E intersecat. Quodsi e puncto E linea recta E F ducatur, quae est perpendicularis ad G H, tunc linea E F distantiam horizontalem plani quadraturae G H a plano corticis venae prioris B T demonstrat. Quodsi porro inclinatio venae prioris = I et distantia plani quadraturae = Q, tunc secundum principia doctrinae de lineis intersecantibus (Kreutzlinien) $E\,F = \frac{Q}{\sin.\ I.}$ quae quidem pro data habetur. Quaerenda autem est E K, scilicet *longitudo horizontalis, pro qua prior venam posterioris eruere et sibi sumere de jure potest.* Haec autem invenitur calculo super triangulo E F K ducto, in quo angulus rectus in puncto F, longitudo horizontalis E F et angulus E K F noti sunt. Angulus vero E K H est angulus, qui oritur ex illarum binarum venarum directione; nam G H = directioni venae prioris et R = directioni venae posterioris. Unde apparet angulum horizontalem E K H, = a, e differentia vtriusque directionis, altera ab altera subtracta, inueniri. Iam vero E F : sin. E K H = E K : r. id est

$$\frac{Q}{\sin.\ I} : \sin.\ a = E\,K : r, \text{ ergo}$$

$$E\,K = \frac{Q\,.\,r}{\sin.\ I.\ \sin.\ a}$$

Cujus formulae exemplum hoc esto:

E K = h

Inclinatio venae prioris = I = 56° 45'

Directio — — = D = 6 hor. 3 oct.

Directio venae posterioris = d = 2 hor. 3 oct.

ideoque angulus horizontalis a = D — d = 6, 3 — 2, 3 = 4 hor. = 60 grad.

§. 91.

Fines igitur, vsque ad quos venae accessoriae erui possunt, ipsa quadratura strictissime praescripti sunt. Adeo vltra eos dictum ius accessorium [351]) extendi neutiquam licet. Quodsi itaque vena accessoria e quadratura egreditur, investitus hanc eius naturalem continuationem non, nisi singulari petitione, acquirere potest [352]), quam si omiserit, venae vel fibrae accessoriae primo petitori conceduntur [353]).

His vero datis consequitur

$$h = \frac{3,5 \times r}{\sin. 60^{\circ} \times \sin. 56^{\circ}\, 45'} \text{ ideoque}$$

$$\begin{aligned} \log h &= [\log. 3,5 + \log. r] - [\log. \sin 60^{\circ} + \log. \sin. 56^{\circ}\, 45'] \\ &= 0,5440680 + 20 - [9,9375306 + 9,9223549] \\ &= 20,5440680 - 19,8598855 \\ &= 0,6841825 \\ &= 4,8326 \text{ orgyiis} \\ &= 4 \text{ orgy. } 6 \text{ oct. } 6 \text{ dig. } 6 \text{ prim.} \end{aligned}$$

Idem valet, si calculos in puncta L M N aduersae partis quadraturae pari numero posueris. Ceterum repeto, hanc formulam esse principem, ex qua calculi aliorum concursuum facile derivantur. Praeterea vero ad libros praestantissimos de geometria subterranea conscriptos, ad *Beyeri*, *Lempii*, generosissimi *Oppelii* et *Kaestneri* commentarios, lectores ablego.

351) Sententia scabinatus metallici Fribergensis d. a. 1690. in Herttwich Bergbuch s. v. Gang. §. 46. — Span Bergurth. nr. 242. Cons. allgemeines Geſetzb. für die Preuß. Staaten T. IV. P. II. tit. 16. von Bergwerksregal §. 351. et supra §. 80.

352) Sententia scab. Friberg. d. a. 1694. in Herttwich Bergb. s. v. Muthung — — — Dieweilen aber demnach, daß der Gang sub. C. ein Abkommens oder Trumb von dem Gange sub. A nicht erwieſen; hingegen niemand ſeine auf einen andern Gang erlangte Muthung, außer der Vierung, uff einen unverliehenen Gang zu erſtrecken vermag, ſondern allerdings nöthig, daß zur Erlangung eines beſtändigen Rechts — darauf Muthung eingelegt werde, ſo ꝛc. Churſächſ. Bergordn. art. 26. von Schönberg Berg-Inform. p. I. p. 32. §. 51. p. 82. §. 15. p. 113. §. 2. Joachimsthl. Bergordn. part II. art. 22. Cons. Hohenſtein. B. O. art. 22. Berg-Rechts-Spiegel p. II. cap. 4. §. 5. Span tit. II. §. 1. lit. e. Urthel 12—16 seqq.

353) von Löhneyß im Bericht von Bergwerk. P. I. tit. von Vermeſſen der Fundgruben und Maaßen. Es begiebt ſich aber oftmals, daß ſich der Gang

d) *Ius fructus ciuiles percipiendi.*

§. 92.

Continetur in iure quadraturae accessoriae ius fructus ciuiles ex ea percipiendi. Hi vero inprimis in praestationibus quibusdam consistunt, quae pro vsu certi spatii quadraturae aeque, ac pro usu certi spatii venae principalis, dando certam pecuniam, praestantur. Res enim est notissima, plures fodinas quoad concursum venarum, quem in superficie terrae nemo plane augurari potuit, saepissime quoad loca subterranea ad se ita adpropinquare, vt nonnunquam altera alterius auxilio egeat, atque vt vel puteis et cryptis alterius vtatur, vel ipsa puteos aut cryptas in alterius area agat, vel etiam aquas nocuas, quae alterius fodinae machinis simul extrahantur, in hanc demittat [354]. Imo potest alter fodinarius ob vtilitatem publicam a iudice metallico cogi, vt hunc vsum alteri praestet. [355] Perinde etiam est vtrum opera in vena principali facta

zertheilt und ein Drumb davon ins hangende oder liegende abfällt, wenn es nun aus derſelben Fundgrub n oder Maßen Vierung, von dem gemutheten Ga ge iſt, welches vierdtehalb Lachter ſeyn, und von den Vorſtehern und Ge verken der Zechen nicht gemuthet wird, ſo hat der Bergmeiſter Recht ſolchen Gang oder Drumb einem andern zu verleihen, der dann ſo lang er aus des Hauptganges Vierung als vierdtehalb Lachter iſt, hat er Macht die Erze ungehindert weg zu hauen, wenn aber ſolcher Drumb dem Hauptgange wiederumb in ſeine Vierung fällt, ſo iſt er ſchuldig davon abzuſtehen und das iſt ein Bergrecht.

354) Sententia scabinatus metall. Friberg. d. a. 1739. im Bergmänniſchen Journal B II. St. 7. Berg-Rechts-Spiegel Lib. II. cap. XXXVI.

355) Appendix der Bergwerksgebräuche im Joachimsthl. ad p. II. art. 22. nr. 8. et sententia scabinatus metallici Fribergensis d. a. 1739. im Bergmänniſchen Journal B. II. St. 7. Hoc quoque conuenit principiis iuris Romani, vi cuius etiam servitutes necessariae invito domino a lege et a iudice constituuntur. Confer. L. 47 D. de legatis I.

facta sit, an intra quadraturam accessoriam. Siue tamen coactus patiatur opera talia in sua area fieri is, a quo id postulatur, siue id concedat sua sponte alter alteri petenti, tamen nemo dubitabit, quin ei sit, cum hoc vel ipsa naturalis praecipiat aequitas, et ciuile quoque ius in similibus negotiis [356]), pro tali vsu quadraturae aliqua indemnitas praestanda [357]), (vti Schachtſteuer, Streckenſteuer, Kunſtſteuer ꝛc.) Omnes vero de ea re conuentiones sub poena nullitatis auctoritate iudicii metallici peragendas esse, in variis legibus expresse constitutum legimus [358]). Solet autem pro hoc usu concedendo ab inuestito,

356) Applicanda sunt quodammodo hic ea, quae iure communi de necessaria traduntur servitute. Imo non inepte potes patientiam hanc descriptam investiti vena in fauorem alius inuestiti eiusmodi nominare servitutem, quamvis probe sciam, auctores iuris metallici inprimis illustres hanc sententiam plane contemnere. Quia tamen commodior vix invenietur vox in lingua latina, quae illam rem exprimat, veniam huic vocabulo impetrare me spero.

357) Köhler l. I. p. 182 et arg. cap. XXXVI. Lib II. Berg-Rechts-Spiegel. Cons. art. 18. art. III. Chur-Trierſche Bergordn. Wo aber Schächte durch des Flötzes Vierung auf den Gang abgeſunken würden, und die Nothdurft erfordert es, ſo ſoll den Gewerken durch deren Vierung nach Erkenntniß des Bergmeiſters und Geſchwornen, Schachtſteuer gegeben werden. Cons. Oberpfälziſch. Bergordn. d. a. 1548. §. 54.

358) Churſächſ. Bergordn. d. a. 1589. art. LI. Stewer, wie die ſoll verordnet, von Schichtmeiſtern einbracht, vorrechnet und nach Gelegenheit wieder abgekürzt werden. — Do aber die Gewerken untereinander Stewer zu geben und nemen, ſich ſelbſt vortragen wollten, das ſollen ſie mit wiſſen und willen unſer Bergmeiſter und Geſchwornen thun, Was aber ohne des Amts wiſſen nnd Bewilligung geſchicht, ſoll für unkrefftig geachtet ſeyn. Joachimsthl. Bergordn. part. II. art. 31. §. 2 et 6. et Herttwich Bergb. s. v. Steuer §. 9. Praeclarissime vero omnium verba huius modi facit Churpfälziſche Bergordn. d. a. 1781. §. 53. Wenn es die Nothdurft erfordert, daß man um einer Zeche Wetter oder Waſſerlöſung zu verſchaffen, oder aus ſonſt dringenden Urſachen in einer andern Zeche anſitzen, da ein Ort in das benöthigte Feld treiben müße, ſollen die Gewerken der fremden Zeche dieſes Anſitzen in ihren Felde ja ſogar in ihrer Grube nicht verhindern, und ſie können allenfalls nach genommenen Augenſchein und befundener Nothwendigkeit gegen eine billige Abgabe dazu angehalten werden

cui constituitur, patienti quotannis vel per statuta alia tempora certa pecunia dari, in cuius quantitate determinanda, si partes conuenire de ea nequeant, iudicis intervenire debet arbitrium, ad cuius munus etiam pertinet, inquirere, vtrum vera necessitas alterum investitorum cogat, petere ab altero permissionem in illius area faciendi opus aliquod, an forsitan praeter necessitatem, dolo, ad expiscanda ea, quae fodinae alicui propria sunt, vel ad invidiam, vt ea potestas ipsi fiat, postulet. Nam non difficile est ad iudicandum, fieri quoque posse, vt sine maximo damno is, cui seruitus illa imponenda esset, opera illa, imprimis aquarum deductionem, concedere nequeat, in qua causa procul dubio melior esse debet negantis conditio. Caeterum manifestum est, obligationem dandi pro concessione iuris putei vel cryptae habendi, aquaeductus et si quae sunt alia, certum canonem statim cessare, atque his operibus altera fodina, dominantem dicas, amplius non indiget. Cumque id quoque fieri possit, vt metallarii alterius fodinae, cui ius in altera opera perficiendi datum est, inter opera haec inveniant aes, quin venam adhuc usque incognitam, manifestum est, illius dominantis fodinae possessores lapides metalliferos frustatim inventos, nedum venam, suos non facere, vt potius hanc inventionem indicare necessario debeant possessoribus fodinae servientis, non solum, quia vero domino reddendi sunt lapides metalliferi deductis sumtibus, nisi exfosso-

den. Jedoch muß der Anſitzer ſein Ort alſo anfangen und forttreiben, daß dem fremden Felde an Gebäuden Wetter und Förderniß keine Hinderniß geſchehe, maßen er allen verurſachten Schaden zu erſetzen ſchuldig iſt, auch kann er diejenige Erze die allenfalls in dem fremden Feld angehauen werden, nicht für ſich behalten, ſondrrn iſt verbunden ſolche den Gewerken des Orts auf Verlangen und gegen Erſtattung der Gewinnkoſten verabfolgen zu laſſen.

res furibus aequiparari velint, sed etiam, vt detectae verſae, quatenus opus est, concessionem petere possint seruiente fodina investiti. Quin imo, vt omnis fraus, quoad fieri potest, impediatur, seruienti licentia danda est, vt, quoties placuerit, opera dominantis lapidesque ab eo extractos inspiciat.

Fere ex iisdem principiis diiudicanda quoque est facultas, qua, id quod memorabile dictu est, nobilior viliori intra suam quadraturam metalla viliora, v. g. argentifodina ferrifodinae confini venas fibrasve ferriferas in suam quadraturam ingressas, pro pensione in fructuum compensationem, relinquit, quod argumentari licet ex iure in nonnullis prouinciis scripto,[359]) pro vniuersali tamen non habendum est[360]).

359) Ad hunc casum quodammodo pertinere videtur §. 66 et 67 p. 36. Part. I. von Schönberg Berg-Inform. Span tit. 10. §. 2. lit. a. Churpfälziſche Bergordn. §. 55. Eiſenſteinsordnung für das Stifts-Amt Walkenried art. XXXV. Nachdem auch die Erfahrung gelehrt, daß im Stiftsamte Walkenried die Eiſenſteins-Trümmer vielfältig mit Kupfer-Ertz-Trümmern, entweder in Hangenden, oder Liegenden begleitet werden: So ſoll künftig hin einem jeden geſtattet ſeyn, ſeiner Eiſenſteins-Grube unbeſchadet, ſolchen nach zu brechen, und ſowohl auf die überbrochenen Kupfer, als Silber und andern Ertze, eine Muthung einzulegen, auch ſoll des Holzes wegen welches er auf ſeiner Eiſenſteins-Grube braucht, obgleich zum Nachbrechen der Kupfer-Ertze deſſen etwas mehr erfordert würde, ihm nichts nachtheiliges verfügt werden, ſondern ſolches, wie zu dem Bau auf Eiſenſtein, frey bleiben; vorgedachte Muthung ſoll nicht allein einer Gewerkſchaft erlaubt ſeyn, ſondern auch denjenigen, welche und ihre Nachkommen das Recht auf gewiſſen Gruben zu arbeiten, unter dem Tittel einer Erbpacht, in vorigen Zeiten erhalten haben; es ſoll aber in dieſem Falle der Erbverpächter, oder Eigenthümer der Grube, auf den Nutzen, welchen der Erbpächter aus dem Kupfer, Silber, oder den andern Erzen ziehet, keinen Anſpruch haben. Die gewonnenen Kupfer und andere Erze ſind quartaliter zu tariren, und, nach Abzug der Hütten- und Puchkoſten, auch des Uns gebührenden Zehenden, an die Bergleute zu bezahlen.

360) Ut hoc, quod proposui, appareat luculentius, in Fig. 35 (figura enim ad hanc causam pertinens ex errore omissa est) animo tibi repraesentes a linea B excurrere fibras, siue rectas siue curuas et colubrinas, per lineam d. a. versus lineam q. r. imo penetrare eas ad

4) *De obligationibus inde exoriundis.*

§. 93.

Obligationes, quae investito propter venam principalem incumbunt, generatim quoque ad quadraturam accessoriam extendendae sunt. Quod axioma iuris duobus potissimum in casibus adplicationem habet.

§. 94.

a) De obligationibus erga cunicularium hereditarium (Erbſtöllner) *e quadratura accessoria exoriundis.*

Iam vero ius omnem utilitatem e quadratura accessoria percipiendi simul regulam iuris in se habet, penes quem sunt commoda rei, penes eundem debent esse incommoda. Et id quidem respectu quadraturae accessoriae tunc accidit, si cunicularius (der Stöllner) cuniculum hereditarium (Erbſtolln) in aream fodinarii (des Fundgrübner oder Maaßner) egerit. Maxima enim illa vtilitas, quam cuniculi fodinis adferunt, si in earum aream acti sunt, incredibilis vero simul laborum sumtuumque in cuniculis agendis impendendorum series, haud dubie effecit, vt cunicularii iam ab antiquissimis temporibus consuetudine et deinde ipsa legum metallicarum sanctione iura singularia et immunitates (Stollngerechtigkeiten) concessa sint, quae partim exerceant in libero montium tractu, partim vero

lineam q. r. vsque. Iam si sit B ferri fodina, A. argentifodina, fibrae igitur tantum cogitatae sint ferriferae, quae per quadraturam ferrifodinae B. residuam, nempe B. d. a, continuantur in partem quadraturae argentifoninae a. d. q. r, fibrae ferriferae a ferrifodina investito non solum pro parte quadraturae B. d. a vi iuris quadraturae accessoriae, sed etiam pro parte quadraturae argenti fodinae d. a. q. r. ex ista conventione acquiruntur, ita vt ei omne ferrum intra hanc quadraturae alienae partem d. a. q. r, inveniendum exsecare pro pensione permissum sit.

ab ipsis fodinariis, quorum per areas transeunt, repetant. Verum enimvero cunicularius istis suis iuribus, *dummodo obligationibus ipsi incumbentibus et lege determinatis*[361] *satisfecit*, iam ex eo momento vti potest, quo in quadraturam accessoriam venae fodinario concessae cuniculo suo ingressus est. Nam quadratura accessoria ipsam partem areae in metalli-receptaculo concessae constituit.

§. 95.

Obligatur itaque fodinarius

1) ad fossionem cuniculi, ipsorumque puteiformium spiraculorum cuniculi, (Stollnlichtlöcher)[362] intra quadraturam areae concessae cuniculario hereditario indulgendam,[363]

2) ad puteorum fodinae intra quadraturam depressorum vsum pro variis, quae circumstant, rebus, vel pro mercede vel gratis[364]) cuniculario concedendum,

3) ad excisionem metallorum pro altitudine et latitudine cuniculi lege constitutis, sed, si plures sint, ex vna tantum qua-

361) Hae obligationes, vt modo leuiter eas attingam, inprimis in eo consistunt, vt cunicularius cuniculum suum agat 1) in profunditate hereditaria legibus definita (in der Erbteufe) 2) articulis in fundo non relictis (ohne Geſprenge) 3) ita, ne imum cuniculi (die Stollenſohle) altius iusto eleuetur. 4) et, vt quotidie labores saltim per octo horas (zu einem Drittel) et denique 5) eum in modum continuentur, quo facilius aquae nocentes defluant. Confer. Churſächſiſche Stollnorden. Dreßden 1749.

362) Argum art. IX. Churf. Sächſ. Stollnordn. Dreßden 1749. — Die Stolln- und Gewerkenſchächte, dann Lichtlöcher betreffend.

363) Omnis enim areae fodinarum (Fundgruben und Maaßen-Feld) concessio fit sub tacita exceptione praerogatiuae cunicularioruin hereditariorum.

364) Argum. § 2. art. IX. et §. 2. art. XVIII. Das Waſſer-Einfallgeld, dann Schacht und Streckenſteuer betreffend. eiusd. ordin.

dam quadraturae vena quam eligit cunicularius, (Stollnhieb), [365]) ei permittendam,

4) Ad nonae partis metallorum ex venis intra quadraturam obviis erutorum praestationem, (das Stolln Neuntel.) [366])

5) Ad quartam partem impensarum in cuniculum erogatarum (der vierte Pfennig) cuniculario ex eo momento solvendam, quo cuniculum in quadraturam egit, [367]) ita tamen, vt, etiam si cunicularius duos vel plures cuniculi alas (Stollörter) egerit in fodinarii aream, fodinarius tantum quadrantem sumtuum in vnum impensarum cuniculum, [368]) eum scilicet, in quo prius perforatum est intra fodinarii quadraturam, solvat,

6) Ad cavendum, ne opera sua metallica, si quidem hisce ad cuniculum intra quadraturam actum pervenerit, ita instituat, quo cuniculo impedimenta, veluti in aura admittenda vel metallis egerendis, existant, [369])

365) Argum. art. III. den Stollnhieb betreffend Churſächſiſch. Stollnordn. — Joachimsthal. Bergordn. part. 2. art. 94. Cons. Zinbergwerksordn. auf Hengſt, Perninger etc. art. 38. §. 3. Braunſchweig. Bergordn. Part. 2. art. 90. Hohenſtein. Bergordn. art. 110. Trieriſche Bergordn. Part. I. art. 6. nr. 1 Däniſche Bergordn. part. 3. art. 5. et all.

366) Argum. art. XI. Die Neundten- und Achzehenden Gebührniſſe betreffend Churſächſ. Stollnordnung. et al.

367) Churſächſiſch. Stollnordn. art. XIII. Den vierten Pfennig betreffend §. 2. Allſo iſt, wenn ein Stoln in denen übrigen Bergs-Amts-Reſieren, in das einer Gewerkſchaſt oder Eigenlöhners verliehene Feld, und deren Gänge Vierung, einkömmt, ihm dieſe (ob ſie auch den Stolln nicht begehrte) den vierten Pfennig, auf beſchehene Ankündigung zu geben ſchuldig. Herttwich p. 407. §. 6. Magdeburg. Bergordn. cap. XXIV. §. 2. Cleviſche Bergordn. cap. XXIII. §. 2. Schleſiſche Bergordn. cap. XXIV §. 2.

368) Ch. S. St. O. l. l. §. 7. Auch ſoll eine Gewerkſchaft, in der Vierung eines belehnten Ganges nicht zwey vierte Pfennige zu geben ſchuldig ſeyn, wenn gleich der Stöllner zwey unterſchiedene Oerter, in ſelbigen Ganges Vierung einbrächte. Magdeburg. B. O. Clev. B. O. Schleſiſch. B. O. l. c. §. 3.

369) Ch. S. St. O. art. VIII. Das Anſitzen derer Gewerke betreffend. Neque du-

Nonnunquam tenetur quoque

7) ad mercedem pro aquarum intra quadraturam in cuniculum demiſſione, (Waſſereinfallgeld [370])

8) ipſamque ad mercedem pro ſvsu puteorum cuniculi, (Schachtſteuer [371]) et denique

9) ad mercedem pro vsu teguminis canalis cuniculi (Tragewerksſteuer) ſolvendam. [372])

§. 96.

Inſuper caſus quidam commemorandi ſunt, qui ad obligationes ex quadratura ortas reſpectu cuniculi hereditarii agendi pertinent, de quibus etiam leges metallicae latae ſunt. Si nimirum cunicularius cuniculum in aream ſodinarii agit, quocum ipſam crucem binarum pluriumue venarum metalliferarum tranſiit, cuniculario electio (das Kieſen) vnius venae aut ſibrae, in qua cuniculum continuet, et partem debitam metallorum (Stollnhieb) ſibi ſumat, competit. Poſt, vbi elegit, cunicularius, tametſi cuniculi alas in reliquas venas porrigere non prohibeatur, tamen metalla, intra quadraturam venae electae ex his reliquis caeſa, fodinario, ſi quidem hic erga reſtitutionem ſumtuum in iis eruendis impenſorum ea accipere vult, non enim cogi a cuniculario ad ſumtus reſtituendos

bium eſt, quin poſſit cunicularius auxilio iudicis impedire eiusmodi ſodinarii opera, quae ſibi nocere exiſtimat.

370) Argum. art. VIII. Das Waſſer Einfallgeld, Dam- Schacht und Streckenſteuer betreffend in Ch. Sächſ. Stolln. Ordn.

371) Argum eiusd. loci in dicta ordin.

372) Argum. art. VIII. das Anſitzen derer Gewerken betreffend §. 1. et art. XVIII. Das Waſſer Einfallgeld dann Schacht und Streckenſteuer betreffend §. 1. ibid.

potest, tradere debet. Verum tamen statim, ac e quadratura egressus est, ea sibi de iure vindicare potest. [373])

Verum enim vero naturaliter etiam evenire solet, vt cunicularius in area fodinarii venas metallo carentes (taube Gänge) inter fodendum inveniat. Eas, quoad cuniculus extra fines quadraturae agendus est, cunicularius fodinario offerre debet, qui quidem intra spatium duarum hebdomadum declarare debet, an cuniculum, quousque quadratura tendit, agere (aus der Vierung treiben) velit an non. Vbi fodinarius oblata repudiavit, tunc demum cuniculario id opus perficere, simul vero etiam metalla intra quadraturam forte obvia sibi sumere licet. E contrario, quodsi fodinarius oblata acceptavit, magistratus metallicus curare debet, uti fodinariusin hoc cuniculo saltim tres semper habeat homines, qui lapides exsecent, eo scilicet consilio, quo minus cunicularius, cuniculum nunc usque ad quadraturae fines a fodinario agendum, ab eo loco, cum ad fines perventum sit, quam potest citius, iterum agendi et continuandi, impediatur. [374])

§. 97.

373) Churfürſtl. Sächſiſch. Stollnordn. art. XIV. die mit dem Stolln überfahrne Gänge betreffend §. 2. Würde ein Stolln in jemands belehntem Felde, Klüfte oder Gänge überfahren und nun das Kreutz auf zweyen oder mehrern Gängen Ertze antreffen; So ſoll er Macht haben auf einem Gange, welcher ihm gefällig, zu kieſen, und darauf das Erz wie einem Erbſtolln zu kömmt, weghauen: Auf denen übrigen Gängen hingegen, ſoll der Stolln nichts deſtoweniger fortzufahren befugt ſeyn, die Erze aber, ſo ferne ſie in der Vierung brechen, denen Gewerken des belehnten Feldes, wenn ſie ſolche gegen Erſtattung derer darauf gewendeten Verſchräm- und Gewinner-Koſten annehmen wollen verbleiben. Cons. Bergordn. für das Herzogth. Bayern art. LXXIX. Hohenſtein. Bergordn. art. 132. §. 1. Trier. Berg-Ordn. part. I. art. 6. nr. 4. Berg-Rechts-Spiegel p 2. c. 35 §. 10. et 19.

374) Ch. S. St. O. art cit. §. 3. Wenn aber ein Stolln auf denen überſetzenden Gängen, keine Erze anträffe; Soll der Stöllner denen Fundgrübnern oder Maaßnern, das Ort,

§. 97.

b) *De obligatione in hypothecis.*

Si investitus alicui in vena principali hypothecam legitime constituit, hanc simul etiam in quadratura accessoria constitutam esse, recte me puto asserere [375]). Itaque, cui hypotheca constituta est, iure suo postulabit, ut de debito suo ipsi satisfiat, non ex fructibus solum, qui ex ipsa vena concessa principali sunt, sed etiam ex his, quos investitus habuit ex quadraturae accessoriae commodis. Cumque, si concursus oriatur creditorum, certus ordo, quo ipsis solvendum est, legibus sit praescri-

Ort, aus ihrer Vierung zu treiben anbieten, und ſoferne ſie daſſelbe in vierzehen Tagen nicht annehmen und belegen wollen ſelbſt zu treiben berechtigt ſeyn, dargegen aber das in der Vierung brechende Erz ihm und nicht denen Fundgrübnern oder Maaſnern zuſtändig ſeyn.

Andern Falls, und wenn dieſe letztere das Ort ſelbſt treiben wollten; hat das Berg-Amt die Verfügung zu treffen, daß daſſelbe mit drey Häuern ſtattlich belegt und der Stolln an ſeinen wieder Anſitzen, nach gebauter Vierung nicht gehindert werde. Cons. Bergordnung für das Herzogthum Bayern l c.

375) Iuvat hanc assertionem non solum arg. ex l. 16. pr. D. de Pignoribus et hypothecis, sed etiam corroboratur sententia scabinat. metall Friberg. a 1659. ad requisitionem Ioannis Blechſchmieden Schneebergam lata, quam exhibet Herttwich im Bergbuch s. v. Hypotheca §. 8. — — Dahero dieſe Frage an uns bey euch entſtanden: Ob nicht 1) in der euch verpfändeten Fundgruben, dem ſchwarzen Mohren, die darinnen aufs neue gewältigten, von euch verlegten Schächte, und alſo die ganze Zeche, mit allen Zugehörungen, euch unterpfändlich ſtehe, und euch hierzu wegen eures Verlags zu helfen ſey? — — Habt ihr nun vermöge eurer erſten Frage, uff den ſchwarzen Mohren Fundgrube, viel Jahre hero einen Verlag und Vorſchuß gethan, alſo, daß nach gezogenem Calculo euch 800 Gülden an Verlags-Geldern zurück verblieben, vorhero aber euch gedachte Zeche zum ſchwarzen Mohren Fundgruben, benebenſt denen vorhandenen alten Schächten, welche hernach mit euern Gelde wieder gewältiget worden, Gerichtlichen verpfändet geweſen; Als ſeyd gedachten Verlags halber ihr nicht alleine an die Zeche zum ſchwarzen Mohren Fundgrube, ſondern auch an die darinnen, Zeit des erlangten Unterpfandes, vorhandenen alten, und hernach mit euern Verlag gewältigte Schächte, euch zu halten wohl befugt. Es wären dann die itztgedachten neu gewältigten Schächte außer der Vierung des ſchwarzen

ptus [376]), nullum potest esse dubium, quin his, qui in hoc ordine praerogativam habent, primae in solvendo partes dandae sint etiam ex pretio metallorum intra quadraturam accessoriam inventorum, quippe quod ad massam concursus etiam est referendum.

II) *De iure quadraturae cuniculorum hereditariorum.*

(Vom Vierungs-Rechte der Erbſtölln.)

A) *De notione.*

§. 98.

Ius quadraturae cuniculorum hereditariorum est complexus iurium realium, quae cuniculario hereditario ob quadraturam cuniculi competunt, nisi limites legales obstent, atque obligationum, quae ei incumbunt.

B) *De limitibus.*

§. 99.

Quoniam cunicularario hereditario ius aliquod in metalli-receptaculis cuiuscunque generis competit, ius quadraturae cuniculorum hereditariorum quidem nec maioratu, nec nobilioratu eodem modo circumscribitur, quo in metalli-receptaculis fodinariis concessis, attamen *senioratu vel prioritate operis perfecti*, (Priorität der geleiſteten Arbeit,) restringitur.

Distinguendum autem in iis est duplex discrimen.

Mohren-Ganges-Zeche und Feldes gelegen, und von denen Gewercken der itzt gedachten Zeche abſonderlich gemuthet, und ihnen ſolches uffs neue verliehen, auch dabey denenſelben neue Nahmen gegeben worden; uf ſolchen Fall hättet ihr darauf, obigen Verlags halber, nichts zu ſuchen.

376) Mandat wie bey Streitigkeiten in Berg-Sachen zu procediren §. 29.

1) *Si cuniculi hereditarii cum metalli-receptaculis concessis concurrunt.*

§. 100.

Cunicularioꞏ hereditario, ubi cuniculo in areas fodinarum concessas intravit, solummodo ius esse, praecidendi lapides ad venas pertinentes prolato cuniculo obvios, (der Stollhieb) iam supra [377]) dictum est. Quodsi vero metalli-receptacula post cuniculi effossionem fodinariis concessa, in cuniculi quadraturam incidunt, nullum est dubium, quin prioritas iuris in metallis in hac causa vindicanda ex senioratu decidatur. Iam vero senioratus, ad quem cunicularius provocat, non ex tempore vel inventionis vel petitionis, vti respectu fodinarii, diiudicandus est. Cuniculorum enim effossio, quamvis deinceps etiam ad id tendat, vt metalla lucri faciant iis investiti, tamen non abscisse ab inventione venae incipit, sed potissimum eo consilio peragitur, vt cuniculi fodinis praebeant auxilium. [378]) Itaque senioratus cuniculi a tempore determinatur, quo in libero fossum est, scilicet, quo non eius os (Mundloch) solum exstructum, sed etiam is perforatus intra liberum spatium est vsque ad eum locum, in quo vena aliqua praeterfluit, cuius concessionem post hos cunicularii labores peractos fodinarius aliquis petit. Neque id perperam. Nam spatium longitudinis, quod cunicularius petitione concessionis acquirit, infinitum et indeterminatum est, fines vero tum demum certissimi redduntur, si cuniculum suum ipso actu perficit. In tractu montium obiacente itaque cunicu ario mo-

377) Vid. §. 94.

378) Vid. v. Schönberg Berg-Inform p. 191. §. 6.

do ius quaesitum competit, quod perfectum statim redditur, ac cuniculus ipse perfectus est. Ex his vero consequitur, vt ex vna parte cuniculo ius quadraturae tantum in tractu metallico, alii nondum concesso, neutiquam vero in area fodinario alicui iam data tribui possit, ex altera vero vt omnia metalli-receptacula cuniculo obiacentia cuicunque concedi possint, nisi inventa iam sint a cunicalario, hinc intra eius quadraturam sint sita. Nam, dum cuniculus intra spatium liberum agitur, exinde perfectum ius quadraturae et senioratus ei oboritur. Quodsi vero cunicularius venam perfossione detectam more fodinarii petiit et eius concessionem impetravit, ex hoc ipso, quod ad hanc venam, fit fodinarius, (Fundgrübner) hinc quoque ius quadraturae acquirit, non quidem ex cuniculo, attamen ex fodinis in vena petitis, et fodinario, (dem Fundgrübner) in omnibus est aequiparandus. [379])

2) *Si ipsi cuniculi hereditarii concurrunt.*

§. 101.

Concurrere autem vel collidere possunt etiam ipsi cuniculi. Quod si fiat, iura prioritatis, quae alteri cuniculo prae altero competunt, iure exheredationis (der Enterbung) circumscribuntur. Ius exheredandi cuniculi vero, quo alter alteri iura, ita quoque ius quadraturae, eripit et in se transfert, nititur vel prioritate temporis petitionis vel prioritate operis perfecti.

379) Vid. part. prodróm. §. 25. pag. 40. Ch. S. Stollnordnung, Art. XIV. Die mit dem Stolln überfahrne Gänge betreffend, §. 5. Nimmt nun ein Stöllner einen überfahrnen Gang auf, ſo iſt er denſelben zu muthen, zu beſtätigen, zu verreceßiren und ſich damit in allem, wie einem Fundgrübner, nach der Bergordnung und denen Bergrechten obliegt, zu verhalten ſchuldig.

a) *De prioritate temporis petitionis.*

Quodsi nimirum duo vel plures diversi cuniculi hereditarii, modo sint pari in causa, scilicet eiusdem altitudinis montis et longitudinis viae, et quae porro necessaria sunt, [380]) ducantur in eodem monte ita, ut collidantur, ad senioratum respiciendum est. Is autem est senior, qui prius petiit investituram. Itaque iuniorem e senioris quadratura discedere et huic fructus ex eo spatio percipiendos relinquere oportet, secundum regulam iuris metallici: senior exheredat iuniorem, (der Aeltere enterbt den Jüngern.) Qui quidem senioratus, intuitu partis vindicandae a fodinario relinquendae, (der Stoſſhieb) etiam tunc valet, si duo cuniculi praecise in media quadratura fodinae invicem aperiuntur. [381])

b) *De prioritate operis perfecti.*
(Priorität der geleiſteten Arbeit.)

Sequitur altera prioritatis causa. Perfectio scilicet operis, supposito, vt observata sint, quae cuniculum efficiunt hereditarium, praerogativam habet prae investitura, eique derogat. Duplex autem est ratio, ex qua haec exoritur praerogativa, tempus scilicet et altitudo. (Erbteuſe) Ac primo quidem iunior, si eo tempore, quo cum seniore intra quadraturam fodinae aperturis convenerat, huic in via sua perforatione saxorum praecesserat, ex hoc auctoritate legum iura in fodinarii area exercenda praecipit. Intel-

380) Vid §. 94. not. 361.

381) Vid. Ch S. Stollnordnung art. XX. Die Enterbung derer Stölln betreffend, §. 6. Werden aber zwey Stölln in gleicher Teufe auf einem Gebäude juſt in medio der Vierung deſſelben zuſammen durchſchlägig; ſo erhält der ältere das Recht. Dahingegen wenn beyde zuſammen erſchlagen, da der jüngere dem ältern im Felde ſchon vorgekommen. In ſolchem Fall hat der jüngere das Recht ſein Ort fortzutreiben, und ſind die Gewerken nicht ſchuldig, dem ältern in ihrem Felde fortfahren zu laſſen.

ligenda ſcilicet non est longitudo cuniculi ab ore, sed longitudo cuniculi intra quadraturam ſodinarii.[382]) Deinde, si cuniculus in montibus parum ascendentibus 3½ orgyias, in montibus praeruptis 7. orgyias proſundius actus est, quam cuniculus superior: tunc ille, quamvis iunior, hunc iuribus ſuis ac idcirco quoque iuribus quadraturae privat, eaque eo in loco, vsque ad quem is iunior ſodiendo pervenit, in se transfert.[383])

C) *De iuribus e quadratura cuniculorum hereditariorum exoriundis.*

§. 102.

Iura quadraturae cuniculorum specialia, accessoriae scilicet, quia principalem habet nullam[384]) eadem sunt, quae de quadratura accessoria metalli-receptaculorum valent.[385]) Neutiquam itaque opus est longa argumentorum commemoratione repetere, quod ſuſius supra dixi: quum praeterea cuique ſacillimum erit diiudicatu, qua sub restrictione illa iura accommodari possint ad quadraturam cuniculorum, quae ae-

382) Vid. Ch. S. Stollnordn. l. l. verbis: juſt in medio der Vierung et im Felde ſchon vorgekommen.

383) Ch. S. Stollnordn. art. XX. Die Enterbung derer Stölln betreffend, §. 1-5.

384) Vid. part. prodom. §. 53.

385) Churſächſ. Stollnordn. art. XIV. Die mit dem Stolln überfahrne Gänge betreffend, §. 1. Ein jeder Erbſtolln, er werde auf einem Gange, oder durch Quergeſtein getrieben, hat ſeine ordentliche Vierung, nemlich drey und ein halb Lachter im Hangenden und 3½ Lachter im Liegenden, und mag in ſolcher der Stöllner, die im unbelehnten Felde überfahrnen und im Freyen liegende Gänge im Hangenden und Liegenden abbauen; in dem andern verliehenen Felde hat er nur den Stolln-Hieb. Append. Joachimsth. Bergwerksgebr. P. II. ad art. LXXVII. n. 1. Berg-Rechts-Spiegel, part. 2. cap. 35 n. 1. Cons. Bergordn. für das Herzogth. Bayern, art. LXXVII. et ceterae pleraeque ordinationes metallicae.

que ac fodinarum est accessoria, ideoque desinit et corruit cum cuniculo, h. e. cum re principali. Adjicere modo liceat sententiam scabinorum metallicorum Schoenfeldensium, de controversa quadratura cuniculorum latam, quae latissime hanc materiam pertractat. [386])

D) *De obligationibus.*

§. 103.

Quomodo et qua ratione obligationes e quadratura accessoria metalli-receptaculorum fodinariis incumbentes in cunicularium ob quadraturam cadant, ex his, quae partim supra §. 94—97, partim his antecedentibus §phis scripta sunt, haud difficile est diiudicatu. Commemoro itaque certum modo negotium, quod leges palam decidunt. Si nimirum cunicularius hereditarius e cuniculo principali cuniculum deflectentem (ein Stollnort) in venam, quae intra eius quadraturam procur-

386) Communicavit eam cum orbe erudito Span in 600 Bergurthel, nr. 494. Unſern ꝛc. Auf den anjetzt fürkommenden Fall, wenn nemlich ein Stolln ſeine Stolln-Vierung ins Hangend und Liegend ablengt, oder auch ſonſten Gewerken, und berührten in 3 und ein halben Lachter, einen Gang nur am Saalband oder einer gewehren Hand des Gangs, und weren alſo die 3 und ein halbe Lachter biß an diß Ort gar abgelengt, der Gang aber, der mit der Vierung berührt, were noch etwas mächtiger ob auch derſelbe Gang von einem Saalband biß an das ander, ſo mächtig oder breit er auch ſeyn möchte, der Vierung ganz und gar zugeeignet oder nicht, ſo lang er wieder aus der Vierung kommen möcht, oder aber, daß den Stöllnern und andern Gewerken nicht mehr, denn was er oder ſie an dem Gang in der Vierung berührt hatten, verbleiben ſollte, würde bey uns alhier anders nicht erkannt noch decidiret werden, denn daß die Stöllner, was ſie auch in ihrer Vierung, nach Ausweiſung der Markſcheid antreffen, hinwegnehmen, von männiglich auch dabey geruhiglich gelaſſen und geſchützet würden. Da ſie auch außer der Vierung ein mehrers antreffen, bleiben ſie, wo ſonſt kein altere Muthung Recht oder Gerechtigkeit vorhanden, Vermög der alt wohlhergebrachten Bergwercks-Gebräuch, als der erſte Finder der erſte Muter, auch billig darbey. V B. R. W.
Schönfeldt.

rit, aut plane non egit, aut inceptum dereliquit, poteſt alius quisque in illam novum cuniculum deducere, isque ne ad mercedem quidem ſeniori pro aquis receptis ſolvendam, (Waſſer-Seyge) quamdiu ſcilicet in huius quadratura remanſit, tenetur [387]), ad quam numerandam alias iunior cunicularius obligatus eſt.

Sectio III.

De modo, ius quadraturae in iudicio perſequendi, imprimis de probatione quadraturae metallicae.

§. 104.

Poſtquam in antecedentibus diſſertationis ſectionibus uberius, ut opinor, de iuris quadraturae natura expoſui, non alienum ab hoc opuſculo academico mihi eſſe videtur, ut etiam de modo, quo ius quadraturae perſequendum, et imprimis de probatione, qua iudici de facto quodam dubio, quod circa exercendum hoc ius obvenire poteſt, per argumenta legitima fides facienda eſt, nonnulla addam. Non tamen omne omnino, quod in cauſis metallicis, ubi litigioſae factae ſunt, obſervandum eſt, pertractabo, ſed potiora tantum, quatenus huc ea pertinere exiſtimo, perſcrutabor.

§. 105.

387) Vid. Ch. S. Stollnordn. art. XXVI. Einige beſondere bey den Stölln vorkommende Fälle betreffend. §. 2. Da ein Erbſtöllner in ſeiner Vierung ein Ort liegen läßet, und ein anderer nimmt es auf; ſo iſt der Aufnehmer ſo lange das Ort in des Stollns Vierung bleibt, die Waſſer-Seyge zu bezahlen nicht ſchuldig.

§. 105.

De actionis institutione.

Itaque animus mihi non est, huc transscribendi, quae alii de utili adplicatione interdictorum et actionum a Romanis introductarum ad ius metallicum ante me dixere [388]), immo lubenter concedo etiam actionem spolii ex c. 3. C. 3. q. 1. quam ius canonicum introduxit, interdum ad causas metallicas utiliter trahi posse. Singularis autem in causis metallicis modus procedendi quemadmodum olim iam obtinuit [389]), ita ho-

388) Cujus interest, adeat *Koehlerum* in l. l. Abſchn. IV. Cap. 1. §. 11. *de Cancrin* in Grundſätze des teutſch. Berg und Salzrechts Abth. IV. §. 750 — 752. et *Diezium* in l. l. cap. III. §. 4.

389) Ecce exemplum, quod nobis servavit *de Leibnitz* in scriptor. rerum Brunsvic. T. 3. p. 535. sub rubrica. Einige Artikul, ſo der alte Mann nach Bergrecht und Bergordnung vornemlich auf dem Rammelsbergiſchen Bergwerke gehalten, et inscriptone:

Wann einer dem andern in der Vierung geweſen, und einen Durchſchlag gemacht, wie ſich der Alte Mann darinne verhalten.

Es hat der Alte Mann in dieſem gar eine ſcharffe Ordnung gehalten, wenn einer dem andern zu nahe in ſeiner Vierung kommen, die Ertze wegkgehauen, und in eines andern Grube einen Durchſchlag gemacht, dem andern ſo ſolches zu nahe, und die Zeche geweſen vermerket, hat er das wol nach ſeinem Vermögen, als mit Feuer, mit Waſſer, mit Wänden, mit Bergen und mit Poltzen (in einem andern Exemplar mit Holtze) hindern und wehren dürffen. Das hat ein jeder wohl thun mügen, und wenn ſie gleich ein den andern beſchädiget, wund geſchlagen, oder andern Schaden, aber ein Durchſchlag in einer andern Grube gemacht, und der geſchworne Fronebode darzu kommen, und wie der Durchſchlag beſchaffen, befahren, und wenn er dafür kommen und befunden, daß er ſo groß, daß man dadurch hat fahren können, geweſen; So hat er bey ſeinem Eyde, die er dem Bergwerck gethan, dadurch geſchrien und geſaget: Es ſey der Durchſchlag ſo weit, daß man dadurch fahren könne, oder er ſelbſt dazu dadurch gefahren, alsdenn hat er ihnen die Unluſt verboten, und friedlich zu ſeyn, auferlegt. Wer darüber was angeſangen, des iſt er nicht entſchuldiget geweſen, und der geſchworne Feuerhüter ſolches bey ſeinem Eyde beſaget hat, was er ihnen in dieſer Sache, bis auf weitern Beſcheid, und nach Rechte Anſtand gegeben, auferleget. Wer nun darüber gethan. das iſt geweſen ein Friedbruch, und die Sache hat gehöret für das Bergamt, den Sechsmann, die entſchieden, und einem jeden zu ſeinem Theil verholffen, und vermeſſen.

die quoque eum ab aliis disceptationibus forensibus maxime differre,[390]) ita vt imo, quae in aliis litigiis sub poena nullitatis observanda sunt, saepe in hoc litigandi genere impune negligantur, quis iuris est consultorum, qui nesciat? Hinc silentio praetereo, ob defectum legitimationis ex capite nullitatis sententiam in processu metallico latam impugnari non posse.[391]) Quod igitur attinet ad institutionem actionis, quodsi venarum aut stratorum, diversis cultoribns concessorum, alterum in alterius quadraturam incidat, vterque autem investitus praerogativam in exercendo iure quadraturae sibi vindicare velit, sufficit, si is, qui actoris in se suscipit partes, desiderium magistratui metallico oretenus exponit, et, quoniam ad compositionem eiusmodi litis maxime ocularis inspectio conducit, vt eam iudex instituat, simul petit. Quin iudex etiam non de ea re imploratus in eiusmodi causa ocularem inspectionem ex officio etiam facere potest, ita tamen, vt id, adcitata vtraque parte, fiat. Qua peracta, audita etiam adversa parte, quoad eius fieri potest, statim in meritis causae iudex sententiam, aliquando solemnem, dicere debet.[392])

§. 106.

De sequestro.

Nonnunquam, si lis de quadratura oriatur, etiam, qui priorem se esse contendit, iudicem, vt sequestrum metallorum constituat, (Kummer auf Erz) vel ipsam inhibitionem laborum (Verboth der Arbeit) decernat, implorare solet, et hoc quidem eum in finem, ne reus me-

390) Quod attinet ad Saxoniam Electoralem, id discendum praecipue est ex Mand. d. d. 26. Aug. 1713. Wie bey entstehenden Streitigkeiten in Berg-Sachen zu procediren, quod deinde adiectum est Ord. Proc. Rec. sub no. XI. inter adiunctas leges.

391) Cfr. Mandat, wie bey entstehenden Streitigkeiten in Bergsachen zu procediren d. 26. Aug. 1713. §. 2. In aliis litigiis e contrario defectus legitimationis, nisi ratihabitio expressa vel tacita accesserit, quovis tempore potest urgeri. O. P. R. S. Tit. 18. §. 1. idque etiam ante publicationem O. P. R. S. iuris fuisse, monet Berger in E. D. F. p. 1027.

392) Mandat. l. §. 21.

talla e loco litigioso eruat, et detrahat, quoniam metalla e fodina semel egesta, (die über die Hängebank ſind) possessoris bonae fidei remanent, et ab eo repeti plane nequeunt. [393])

393) Herzog Georg zu Sachſen Bergordnung, d. a. 1536. art. 92. Bergordnung für St. Joachimsthal, P. II. art. LXXVIII. Von Kummer und Verboth zu Erz und andern in fine. Und ob ein Theil dem andern in ſeiner Maſſen vor dem Kummer und Verboth Ertz enthauet, obgleich die Sache folgend rechtlich entſchieden wird, ſo ſoll doch daſſelbe Erz, ſo vor dem Verbot gehauen und über die Hengbank bracht iſt, dem bleiben der es gehauen hat. Quam ob sanctionem specialem ne metalla quidem acquisita intra ultimum annum a tempore litis motae, qui alias restitutionis fructuum in Saxonia ob Decis. reg 2. terminus est, bonae fidei possessorem restituere puto teneri. Quoad ius metallicum Bavaricum cfr. Bergordn für das Herzogth. Bayern art LXII. Cons. Chur-Trier. Bergordn. art. XV. 5. Jülich und Berg: Bergordn. art. LXX. Cleviſche Bergordn. cap. LXXX. § 2. Braunſchweig-Lüneburg. Bergordn. P. II. art. 76. Hohenſteinſche Bergordn. art. CXXXV. Magdeburgiſche Bergordn. cap. LXXXII. §. 2. Schleſiſche Bergordn. cap. LXXII. Däniſche Bergordn. P. II art. 46. Neutiquam vero hoc ad malae fidei possessorem extendendum est. Etenim hic vero investito metalla obtenta restituere debet, ac ab eo ne impensas quidem laborum exigere potest. cfr. sententia scabinatus metallici Fribergensis d. a. 1685. in Herttwich Bergbuch s. v. Hengebank, §. 3. Dahero dieſe Frage an uns bey euch entſtanden: Ob ihr ſchuldig, die ufgewandten Unkoſten der vom Gegentheil zur Ungebühr geſunkenen Schächte, und des herausgetriebenen Eiſenſteins, ſo aus euerer Vierung gehauen, welches wider Verbot geſchehen, zu erſetzen. Auch, ob euch ſolcher herausgeförderter Eiſenſtein nicht anheim falle, und ohne Abſtattung gebühre? Alles nach mehrern Inhalt euerer Frage und der Beylagen. Daferne ſichs nun dem Anziehen gemäß verhält, ſo ſeyd ihr Gegentheil, die weder von denen geſunken Schächten, noch die, wegen des aus eurer Vierung wider Verboth und darbey exprimirter Straffe herausgetriebenen Eiſenſteins, uff gewandten Unkoſten, wider euren Willen zu erſtatten nicht verbunden: Es bleibet euch auch, geſtallten Sachen und ereigneten Umſtänden nach, der in eurem Felde herausgeförderte Eiſenſtein uffn Steinbette nicht unbillig. V. R. W. Cons. Bergordn. für das Herzogthum Bayern art. cit. in fine: doch ſoll dies auf die ohne Muthung und Belehnung in eines andern Feld gewonnenen und enthauenen Erze keinesweges erſtreckt und erkläret werden, (quoniam tunc malae fidei est possessor.) Caeterum quidem apud nos in aliis causis, ob dispositionem Dec. reg. 2. possessor in mala fide constituitur a tempore institutae actionis, vel, ut DD. volunt, v. c. Ill. Bauerus in comment. ad Decis. laud. a tempore insinuati libelli: in causis metallicis autem, a tempore insinuatae inhibitionis, vel impetratae sequestrationis locum hoc habere tantum potest. argum. ord. metallic. laudatarum.

X 2

Attamen per se patet, sequestrum etiam in rebus metallicis sine iusta causa non posse decerni. [394]) Hinc permittitur praesertim, si ſodinariorum litigantium perfossiones revera concurrant, [395]) vel, si documenta, vti ichnographiae [396]) et calculi [397]) praesto sint, e quibus satis clare patet, posteriorem in quadraturam prioris invasisse, vel, si illius labor ita acceleretur, vt id, eum metalla praecepturum esse, suspicionem excitet.

§. 107.

Forma sequestri.

Igitur, si necessaria ex causis legitimis sit sequestratio, sequester a iudice metallico constituendus est rerum metallicarum peritus atque in rationibus in talibus negotiis reddendis satis versatus, isque neutri parti addictus. Quamvis non opus sit, ut is eligatur a partibus litigantibus, nihilo tamen secius, si utraque in eiusdem hominis constitutionem consentiat, recte faciet iudex, si huic administrationem committat. E contrario, si alterutra pars adversus eum, quem iudex eligit, exceptionibus, iisque arduis, utatur, alius ut a iudice detur, ipsa causae conditio postulabit. At haec ſere communia sunt cuicunque sequestro. Is igitur institor, sive praefectus, (Vorſteher, Schichtmeiſter) cui administratio huius, de quo agitur, negotii committitur, ut iureiurando de bene administrando prius, quam ingrediatur officium, adstringatur, etiamsi non abscisse videatur necessarium, certe, ut ſides illi eo habeatur maior a litigantibus, utile procul dubio erit. Iam ipsi administratio ita committitur, ut a neutra parte dependeat, quid ab illo agen-

394) Optime, hac in causa ad ius commune respiciendum esse, monetur in rescripto electorali, quod legimus in Beyträge zur Bergbaukunde nr. IV. §. 27. Hoc ius autem, a sequestratione, tanquam executionis specie, inchoari litem, vetat.

395) Ch. S. Berg-Prozeß-Mandat, §. 23.

396) Decisum Fribergense in Span Bergurth. nr. 253.

397) Vid. Aug. Beyer Markſcheidekunſt, vermehret und verbeſſert von Lempe. Altenb. 1785. Pars VI. §. 358. von Oppel Markſcheidek. §. 875. et Lempe Markſcheidek. tit. Vierung.

dum sit, et ut neutri parti, in administrationem se immiscendi, ulla relinquatur facultas. Est vero haec administratio de solo intelligenda loco litigioso, unica forsitan, puta, vena, unove specu, non de integra aliqua fodina, nisi tota litigiosa sit. Itaque parti utrique cuilibet propria reliquarum suae fodinae partium remanet administratio. Verum in locum litigiosum atque in operas ibi perficiendas inspectio specialis datur sequesto. Is itaque, ut labores necessarii et utiles ad metalla acquirenda continuentur, curabit, metallarios, qui saxa lapidesque metalliferos eruant, diffindant et imminuant, metalla item ela vent, instituet, mercedes operis debitas solvet, ligna lapidesve, quibus ad aedificia tam subterranea quam in superficie constituta opus est, comparabit simul cum instrumentis ad metallicos labores necessariis, et reliqua omnia erogabit, sine quibus metallorum exercitium fieri nequit, ea quoque soluturus est, quae in fiscum principis huius exercitii causa, vel ex legibus metallicis aliis, veluti cuniculario, danda sunt, e contrario sibi solvi curabit aeris venditi pretia, et si qui alii sint ex loco litigioso reditus, data atque accepta in rationes referet, et, si quid ex his, deductis expensis omnibus, supersit, id in depositum reddet iudiciale. Caeterum ab eo diligentia praestanda est haec, quam negotii natura postulat. Itaque non licet ei, plures homines ad operas in loco litigioso perficiendas conducere, quam quot quidem pro saxi conditione necessarii sunt, neque in aliquam causam impensas facere, cuius saltim utilitas probari nequeat. E contrario id debet curare, ut conducti ad labores metallicos hos diligenter atque secundum artis praecepta perficiant, nec otiosi tempus, aut negligentes instrumenta perdant, atque ne puteorum specuumque fulcra sive lignea sive lapidea, aut aedificia subdialia, rotae item et caeterae machinae, funes et quae sunt reliqua, damnum contrahant, ruinisque collabantur, quamobrem, ut saepius labores inspiciat, et, dum quidam eorum fiunt, ipse adsit, opus erit. Similia enim ad munus alius cuiuscunque boni administratoris, qui saltim culpam levem debet praestare, referuntur. Expensarum autem modus nimius facillime evitabitur, si nullas in rem concreditam faciat, nisi, de quibus iudicem, utrum fieri permissum sit, interrogavit, quasque is, antequam fiant, approbavit

Quod iudicis arbitrium etiam determinabit, si sequester illum de ea re consulit, quot homines sint ad operas necessarias perficiendas conducendi. Ita enim recidetur quoque ei, qui victor tandem in lite per rem iudicatam declaratus est, cuique reditus loci litigiosi, datis ab acceptis deductis, superstites reddendi sunt, occasio multa circa rationes ab administratore datas monendi. Caeterum, cum eiusmodi administrator, sicut quicunque alius, honorarium pro suo labore mereatur, id una cum reliquis conditionibus, sub quibus is officio suo fungatur, ubi non inter eum et partes litigantes ipsas de ea re convenerit, iudex quoque contractu cum eo inito, statuet [398].

§. 108.

De mandato labores prohibente.

Sequitur, ut agam de prohibitione sive interdicto, aut, uti ad aliarum litium speciem nominari potest, inhibitione laborum. [399]) (Verboth der Arbeit) Id intelligendum de eo, si omnino omnis in loco litigioso labor intermittatur. Etenim in aprico est, aliquod interdictum omittendi exercitii metallorum etiam inesse in sequestratione, in eum scilicet datum, qui hucusque in eo exercitio fuerat, negotio in sequestrum translato. Id autem, de quo nunc sermo est, mandatum prohibitorium rarissime tantum super possessione litigiosa quadraturae decerni solet, quoniam talis inhibitio ipsi fini exercitii metallorum adversatur. Habet nimirum hoc interdictum locum, si damnum metuendum ipso sequestro averti nequeat. Refero huc, si binarum diversarum fodinarum perfossiones in quadratura concurrunt, illico vero non in aprico est, quousque fines utriusque areae pertingant, quantusque modus metallorum excisorum cuique tribuendus sit [400]). Id autem ac-

398) Quae ratione sequestrationis loci metalliferi in Saxonia Electorali observanda sint, eaque cum enarratis a me convenientia, praescribuntur in saepius excitato Mandato d. d. 26. Aug. 1613 §. 23.

399) Haec inhibitio novi operis nunciationi a iure Romano introductae similis, attamen ex aliqua tantum esse videtur parte. Facit huc l. 1. §. 11. D. de n. o. n.

400) Quibusdam in terris, e. g. in Austria et archiepiscopatu Salzburgen-

cidere potest, si vena iunioris in medio plano quadraturam terminante, procurrit ita, ut aliqua venae pars iuniori, reliqna vero seniori adiudicanda sit. Deinde decernitur inhibitio, si uterque investitus prioritatem pro se afferre posse putet, et uterque, ut alter laboribus interdicatur, a iudice vicissim petat [401]).

Alia causa inhibitiva denique est, si metuendum sit, posteriorem in prioris quadratura laborantem, suo opere continuato, ignarum specus prioris derelictos et aquis nocituris impletos aperturum, (in alte Baue ſchlagen) eoque maxima damna, et talia forte, quae reparari pro rebus, quae circumstant, nequeunt, priori illaturum esse. [402]) Nam in aliis quoque causis civilibus, quin, vbi periculum est damni irreparabilis, mandata, etiam sine clausula, dari possint, nemo in dubium vocabit. Quicquid tamen illius sit, nisi manifestum sit periculum eius, qui tale interdictum petit, siquidem interdictum ad invidiam quoque peti potest, quemadmodum in aliis causis iudici

si, tali in casu hoc praecipitur, ut statim, ac perfossio alterius fodinae in alteram facta sit, utraque fossorum pars in laboribus continuandis tres orgyias, donec causa decisa sit, recedere debeat. Nieder-Oeſterreichiſche Bergordn. art. 41. Bergordn. für die hintere Grafſchaft Sponheim art. 16. Des hochlöbl. Erzſtifts Salzburg Perckhwercksordn. §. 14.

401) Quod quidem nuperrime occurrit in lite memorata famosissima fodinarum Himmelsfürſt et Weißeſchwan und Vollroſe, in qua actores, nempe illius cultores, inhibitionem laborum in vena recta, quam adversarii sub nomine der Fabianer Stehende exercebant, rei vero, scilicet huius consortes (Weißeſchwaner) prohibendas operas in vena recta, quam sub nomine (oder des Schneider wiedergefundenen Glücker Stehenden) actores persequebantnr, a iudice petiere. Nam utriusque fodinae consortes, venam in qua altera huc usque lapides effoderat, de iure sibi competere asserebant. cfr. Beyträge zur Bergbaukunde, Dresd. 1794. p. 149. *sqq.*

402) Berg-Rechts-Spiegel P. III. cap. X. §. 6. Entſtünde ein Zank zwiſchen zweyen Gewerkſchaften, daß einer dem andern in ſeiner Maaſe Erz gehauen oder anderer Urſachen willen einer dem andern die Arbeit einſtellen, und zum Erz Zuſpruch haben wolte, ſoll zu Abbruch unſerer Urbur keinem geſtattet, und niemand zu gefallen die Arbeit verbothen oder eingeſtellt werden, ausgenommen wenn man ſich einer Gefährlichkeit Waſſers halben beſorgt ꝛc.

relictum est, vt imperet postulanti aliquid alteri parti damnosum cautionis praestationem in securitatem damni metuendi, si accidat, restituendi, ita quoque, quin magistratus metallicus, cautionem, quae sufficiat, praestari ab impetrante interdictum, iubere possit, nullum erit dubium. Caeterum, quamvis in litibus metallicis etiam remedia, appellationis, puta, et leuterationis, admitti debeant, si tamen adversus eiusmodi interdicta sive decretam sequestrationem interposita sint, iis appellans vel leuterans hoc efficere non potest, vt laborem continuare sive sequestrationem impedire licentiam habeat. Namque hoc ex ipso communi iure manifestum est, in causis, quae moram non patiuntur, suspensivo, vt dicitur, effectu remedia iuris carere. 403) Atque in ea quidem causa hi, qui ex alterius laboribus damnum sibi imminere timent, circumspecti eo debent esse magis, quo facilius, cum non, vti in terrae superficie, ita in eius visceribus, quid perpetretur, in oculos statim incurrat, defraudari possunt, siquidem, continuantibus laborem simulantibus, metalliferos in lucem extractos lapides ex aliis non litigiosis fodinae locis erutos esse, saepe difficilis erit contrarii probatio. Nam hoc etiam in ea re observandum est, non solum, vbi interdictum, ne laboribus continuetur, impetratum sit, hoc rarius ad totam fodinam, in qua plerumque metalla in multis cryptoporticibus (Strecken) quaeruntur, potius ad eum solum locum sive eam tantum cryptam, de cuius cultu litigatur, pertinere, sed etiam, id quod metum augere debet interdictum petentis, vti iam monui, postquam lapides metalliferi in superficiem terrae extracti sunt, eos in eius, qui extraxit, manere dominio. Postremo addo, quemadmodum, vt supra dixi, cautionis praestatio ab impetrante interdictum postulari nonnunquam potest, ita quoque, quod similiter in aliis causis litigiosis locum sibi vindicat, 404) is, adversus quem interdictum impetratum est, oblata cautione de damno forte dato restituendo, liberari poterit ab interdicti effectu, ita, vt ipsi laborum conti-

403) Vid. Excell. Pfotenhaueri doctr. process. §. 700.

404) Vid. l. 21. §. 1. D. de n. o. n.

continuandorum facultatem largiatur magistratus. Rarius tamen huic cautionis acceptae erit exemplum. Scilicet, quantum ex loco litigioso sperandum sit lucri, nimis est incertum. Inhibitionem itaque petens nimium quantum postulabit cautionis loco, utpote qui de ingentibus somniabit divitiis futuris: alter e contrario, adversus quem petita est, de sterilitate conqueretur, ut magnam ab se postulari cautionem, quoad facere potest, declinet.

§. 109.

Media omissionem laborum efficiendi.

At certe potest is, qui laboribus interdicitur, non obstante prohibitione, nihilo secius eos continuare, quando id quidem clanculum in depressis obscurisque fiat scrobibus, iis nimirum nonnunquam quingentipedalibus et profundioribus. Quam ob rem curam gerere debet magistratus metallicus, ne illudantur inobedientia interdicti ea, quae pro auctoritate sua constituit. Duplex autem est via, quarum altera eligi potest, qua iussa ad effectum perducantur. Ac primo quidem iudex iuratos saepius descendere iubet in locum litigiosum, qui videant, vtrum is vacuus sit, scilicet, num quis ibi inueniatur, qui occupetur in lapidibus eruendis. Iuratus, si ibi fossores deprehendat, non solum in laboribus continuandis quovis legitimo modo eos impedire, sed etiam eius, qui prohibitus erat, contumaciam iudici indicare debet, qui ab inobediente mulctam vel aliam aptam in ea causa poenam sumet. Partibus litigantibus autem minime concedendum est, vt ipsae locum inspiciant. Etenim, cum, si una adessent, vt ex eo magnae rixae imo pugnae verberationesque oriantur, metuendum est, tum lustratio talis non potest non excitare suspicionem de aliis forte damnis alteri investitorum ab altero ratione fodinae faciendis. Praeterea, si alter alterius inobedientiam iudici renunciat, hoc negante, omne studium explorantis hoc tantum efficiet, vt nova de ea re lis ortura sit, neque ea renunciatio magnum in re ipsa afferret commodum. Si vero alterutra pars litigans vereatur, vt solis inspectionibus iuratorum magnum ei imminens damnum queat auerti, vel, quia gratis neque iurati

descendunt, neque actuarius eorum relationes actis iudicialibus inserit, si partes metuant sumtuum in hanc rem impendendorum multitudinem, superest alterum medium labores exsecantes futuros impediendi, occludendo scilicet eum specum, in quo opera perficienda essent. (wird verblendet.) Fieri scilicet iubet iudex opus ligneum in forma ianuae, idque saxis ex vtroque latere inditum, quod, claustro obiecto, nullum ad specum relinquet aditum. Quin, maioris securitatis causa, sigilla quoque ei operi imprimuntur [405].

De probatione.

§. 110.

Quodsi vero causa controuersa adhuc in dubio haereat, tunc nulla alia ad disceptationem finiendam relicta est via, quam vt probetur, aduersarium in quadraturam venae, cui praerogatiua annexa est, perforatione sua intrasse, et metalla ex illa sibi iniuria vindicasse. Quae quidem probatio aut iniungitur, aut sponte suscipitur. Iam vero is probare tenetur, quicunque ius prioritatis metallicae sibi competere et alterum in quadratura venae sibi concessae metalla exercere contendit [406]. Exceptio tunc modo obtinet, si reus, quem pro indole huiusmodi actionum posteriorem esse, actor asserit, ad probationem suscipiendam sponte se offert [407].

§. 111.

Tenetur vero is, qui ius prioritatis metallicae pro se allegat, ante omnia titulum prioritatis acquisitae et media, quibus eum tuitus est, siue sit senioratus seu maioratus seu nobilioratus, demonstrare. Pro-

405) Id factum est in lite saepius enarrata Himmelsfürst Fdgr. contra Weiße Schwan Fdgr. vid. Beyträge zur Bergbaukunde p. 176.

406) Quam rationis et iuris Romani sanctionem agnoscit Berg Prozeß Mand. §. 22. Span Bergurth. nr. 197 et 222.

407) Quale exemplum occurrit in causa, quam decidit anno 1601. iudicium metallicum vallis Ioachimici, cuius sententiam exscripsit Span in libro Sechshundert Bergurthel nr. 188.

banda igitur est ante omnia petitio concessionis et ipsa confirmatio, nisi forsitan aduersarius nihil eorum neget. Itaque hoc imprimis accidere potest tunc, cum aduersarius plane inuestitum esse actorem, inficiatur. Licet autem ex petitionis et concessionis documento maioratus et nobilioratus statim appareat, si tamen de senioratu contentio sit, praeter inuestituram tempus inuentionis simul probari debet [408]. Praeterea probandi sunt, quod quidem ad media conseruatiua spectat, labor continuatus, solutio tributorum vel dilatio [409]. Quae quidem omnia per libros metallicos (Berg- und Lehnbuch) probantur [410]. Neque enim petitio nec concessio e codice rationum (den Regiſtern) potest deduci, imo, nisi hi libri fuerint prolati, nil quoque prodest, si quis media conseruatiua plene demontrasset, [411]) quanquam ex his consequi veritas concessionis per praesumtionem satis fortem videatur. Nihil tandem priori nocet, si ipse iura sua solis impetratis dilationibus atque solutis tributis, iunior vero sua iura tributorum solutione ac ipsis laboribus actualibus conseruauit, his scilicet laboribus nullam dantibus praerogatiuam [412].

408) Vid. part. prodrom. § 17.

409) Vid. part. prodrom. §. 20. nr. 2.

410) Berg-Rechts-Spiegel part. 4. cap. 7. reg. 3. Bergbauſpiegel Lib IV. cap 4. § 4. Will der ältere beweiſen und Beweiß führen ſo muß er ſein Alter unbefleckt von der Muthung her im Berg und Gegenbuche erſtlichen beweiſen, daß daſſelbe nicht gefallen ſey, bey des Jüngern Zeiten. Diezii dissert. laud. cap. III §. 1. Span Bergurthel tit. II. von der Muthung §. 5. Sentent. nr. 20 57. 58. 65 et 66. Praeclare etiam de vi probationis librorum metallicorum jam an. 1554. effatus est M. Mathesius in homiliis metallicis fol. 19. b.

411) Span Bergurth. nr 65. Unſer ꝛc. Auf ewer uns überſchickte Frag, ſprechen wir vor Recht, vermeinen Gewerken auf einen beſondern Drum Belehnung zu haben, und können aus dem Berg oder Lehnbuch ſolch Lehen, daß es eingeſchrieben, nicht erweiſen, So könnten ſie bey ihrer vermeinten Mutung, mit dem bloſen Tituln auf den Regiſtern und mit den verreceßen, die unerfindliche Belehnung nicht erhalten, ſondern ſeyn ſchuldig, ihre Belehnung aus dem Berg und Lehnbuch darzuthun. B. B. R. W. 30. Juny 1594. Joachimsthal.

412) Append. der Bergwerksgebräuche im Joachimsthal ad part. II. art. 8. §. 8.

§. 112.

Mediis cum acquisitiuis tum conservatiuis rite probatis, praeterea prior probare debet, venam, cuius ius quadraturae exercere conatur, eandem esse, quae petita et concessa est, adeoque probare debet ius quadraturae principalis. Quae autem in aliis litibus media sunt probandi fere ordinaria, testes scilicet et documenta, ea vix vllum in his causis, cum identitas venae in controuersia posita est, praestant vsum. Vnum esset, in quo vtilitatem praeberent, si scilicet aduersarius, vel in scriptis, vel aliis hominibus praesentibus, confessus esset, venam, quam exercet, eandem esse, quam colit alter, vel, quia vtrique vena tanquam diversa, distinctis quoque nominibus, concessa est, vtramque venam natura coniunctam esse, (in qua causa, quod ad ius ipsum attinet, solus probandus esset senioratus, vel, si res ita ferat, nobilioratus) vt propterea illi, testes, examinari, haec, documenta, recognosci deberent. Verum enimvero, quamvis eiusmodi probetur confessio, nihilo tamen secius, si reus excipiendo vel duplicando obiiceret, se in ea re errasse, non puto, eum non esse audiendum, cum demonstrare possit, se in eam opinionem contra veritatem naturalem ex causis, quae speciem prae se ferebant, fuisse inductum. Vix enim ullus alius adeo venia dignus est error, ac hic, cum, quae in terrae profundo lateant, quamque natura viam elegerit, per saxa inspicere non liceat. Solum igitur fere medium ad probationem in tali causa peragendam relictum est ocularis inspectio, quae tamen fieri ante non potest, quam, saxis remotis, spatium his repletum ita ob oculos ponatur, vt ex lateribus venae reliquisque indiciis appareat, cuinam litigantium physica adsistat veritas. Itaque opus est, vt perficiatur haec, de quo agimus, probatio actualiter per labores manuales (Beweiß-Arbeit), quibus vena concessa eo vsque, donec ipsa rei veritas, quantum fieri potest, omnium oculis exponatur, prosequenda est. Et ita quidem perducatur via necesse est *per specus apertos*, (mit offenen Durchſchlägen) sive sint putei siue cryptae [413]), vt vena in pendente pariter atque in iacente

413) Vid. Sentent. Scabin. metall. Friberg. d. a. 1589 ad requisitionem consortium fodinae Gabe Gottes in valle Clausii Herzyniae. Herttwich

perspicuo (mit ordentlichen hangenden und liegenden) euidentibusque cruſtis. (auch kånntlichen Saalbåndern) a primordio, (vom Funde oder Vater her) quoniam in eo vena conceſſa eſt, vſque ad locum quadraturae controuerſum appareat [414].

§. 113.

Iam vero huius probationis proſecutioni, praecipue cum per ſaxa peragenda ſit, nonnunquam offendicula quaedam haud levi opera ſuperanda obſtant. Ac primo quidem nonnunquam ipſe verus ſitus primordii, a quo probatio per labores manuales initium capere debet, in dubio haeret, imprimis, ſi ſignum primordii ſaxis inciſum deletum eſt. (wenn die Fundſtufe vergangen.) Quodſi ſit factum, vt rei veritas per iusiurandum ſuppletorium ab inſtitore fodinae praeſtandum confirmetur, moribus receptum eſt. [415] Alia difficultas, probationem ex aliqua parte impediens, tum exoritur, ſi fodina primaria prorſus interierit, ita vt probatio aut plane non aut maximis tantum

Bergb. ſ. v. Beweißführer §. 4. * et probatio conſortium fodinae Himmelsfürſt contra Weiße-Schwan und Volle-Roſe de qua agitur in Beyträge zur Bergbaukunde, p. 149. ſqq.

414) Mandat wie bey entſtehenden Streitigkeiten in Bergſ. zu procediren §. 22. principio et von Schönberg Berg-Inform. p. I. p. 2. §. 2. Berg-Bau-Spiegel Lib. IV. cap. 4 §. 5. Append. der Bergwerksgebr. im Joachimsthal ad p. IV. art. 1. §. 2. Cons. Zin Bergwerksordn. auf die Bergw. Hengſt art. XXXV. Bergordn. für das Herzogth. Beyern art. LXI. et aliae ordinat. metall.

415) Uti factum nuperrime eſt in litigio inter ſocietates metallicas Fribergenſes fodinae Himmelsfürſt Fdgr. hinter Erbsdorf et fodinae Donat obere 3. 4. u. 5. Maaß. Vid. von Wagner über die Churſächſiſche Bergwerksverfaſſung pag. 19. not.* et Praeſidis Illuſtr. diſſert. de transactione in cauſa metallica inprimis venarum p. VII. Quam conſuetudinem expreſſis verbis exhibet: das alte Freyberg. Berg-Recht. Sect. I. art. 18. Von der Nufenger Rechte, was die rechtys haben in med. Wyrt aber ein gewerre und kryg undyr yn, unde enweys man nycht, us welchen gruben er den gang entphangen habe, unde wyl man yn des nycht yrlazen, er mys ſweren myttyn uff den Ronebom daz yz derſelbe gang, ſo us derſelben gruben, den er entphangen habe, alp das recht, denn alſo erget. Cons. Deuceri Königl. Bergb. Lib. II. cap. II. de montium menſuratione.

sumtibus ex ea perduci possit. Quam ob causam probaturo permissum est, vt probationem instituat a fodinis secundariis, dummodo nomen fodinae primariae assumserint, aeque, ac illa, ius prioritatis habeant et solemniter mensae sint (erbberitten.) [416] Deinde de aberrationibus venarum ab ordine consueto sibique proprio respectu probationis per earum crustas adhuc monendum est hoc, quod probaturo permissum sit, venam vel depressam vel resectam intra spatium quadraturae principalis vi iuris huius quadraturae pervestigare, ac, si reperta est, probationem per eius crustas continuare. [417] Si vero vena intra huius quadraturae fines non sit recuperata, nil probatum est. [418] Amplius, quodsi vena, dum probatio peragitur, in fibras abit, tum fibra eligenda est, eum in modum, quo supra dictum, et probatio in fibra electa continuatur. [419] Praeterea denique offendiculum occurrit, cum probatio per ruinas fodinae (durch verbrochen Feld) institui debeat. Quod vero cum non nisi maximis sumtibus peragi possit, tunc praesertim ratione venarum metalli ignobilis probatio extra fodinam (Raſenbeweiß) hunc in modum admittitur, vt fossae fiant, singulis septem orgyiarum intervallis, ex quibus, actis iis in venae prioris capite, ea vena satis reddatur perspicua, quo ipso probationem adversus posteriorem perficere licet ita, vt ea pro plena haberi debeat. [420]

416) de Schoenberg Berg-Inform. pag. 48. §. 1. es wäre denn daß die Fundgrube gar vergangen, und der Beweiß daher nicht, oder doch mit ſehr großen Aufgewältigungskoſten zu bringen, auff ſolchen Fall ſind die Maaßen (als die gleichwohl den Nahmen vom Vater her, auch ratione der Muthung das Alter vor den jünger haben) des Beweiſes nicht verluſtigt, ſondern kann von ihnen hergeführt werden, jedoch ſo ſolche erbberitten und verlochſteint ſind.

417) Mandat. laud. §. 22. et supra §. 69.

418) Vid. supra §. 73.

419) Berg-Rechts-Spiegel P. II. cap. XXVIII. §. 3. in fine. Theilte ſich das Aeltere Gang in der Beweiſung, alsdenn mag der Aeltere, auf einem Trum welches ihm gefällt, bleiben und Gerechtigkeit erlangen, ꝛc. vid. supra §. 71. Append. der Bergwerksgebr. im Joachimsthal ad part. II. art. LXXVII. § 8. Berg-Bau-Spiegel Lib. IV. cap. 4. §. 13 et 14. Cons. Chur-Cöllniſche Bergordn. Part. V. art V.

420) Saltim jure Sax. Elect. ita constitutum est in Mandat, wie bey entſtehenden Streitigkeiten in Bergſachen zu procediren §. 22. in fine.

Similis probatio ſuperficiaria tunc admittitur, ſi inveſtitus in ſua area venam perfodiendo invenit, quam vicinus quidam ſibi e prioritate competere contendit, probatio tamen per ſpecus apertos vel ob ſaxorum maximam duritiem, vel ob ingentem loci, in quo vena inventa eſt, altitudinem, vel ob fodinae prioris inundationem vsque ad poſteriorem ſive plane non, ſive ſaltim difficillime peragi poteſt. Quae cum ita ſint, ſufficit vt ſolus puteus 7. orgyiarum altitudinis in vena controverſa deprimatur, quo pendens et iacens atque cruſtae manifeſte pateant, ac, vt fodinae menſor in vtroque loco, eo ſcilicet, qui ante controverſiam effoſſus erat, et eo, in quo novus puteus factus eſt, venae directionem et inclinationem dixerit eſſe eandem.[421])

§. 114.

Ita modo deſcripto in vena conceſſa peracta eſt probatio iuris quadraturae principalis, et ſufficit, eam, ſi quidem poſterior in eadem vena principali cum priore culturam metalli exercet, vsque ad

421) Span tit. 6. §. 1. lit. c. §. 5. lit. a. Urthel 197. 122. Voigtel Geometr. ſubterr. p. 17. ex. 1. Bergbau-Sp. lib. 4. cap. 4. §. 2. et Allgemeines Geſetzbuch für die Preußiſchen Staaten T. IV. part. II. tit. 16. vom Bergwerksregal §. 372. qui quidem locus hanc rem praeclare exponit. Auf die vom Jüngern in der Grube überfahrnen Gänge beweiſet der Aeltere ſein Vorrecht, wenn er ſie in ſeinem Felde Sieben Lachter vom Tage, wieder mit kenntlichen Saalbändern, auch ordentlichen Hangenden und Liegenden ausrichtet, und durch des Markſcheiders Anzeige beweiſet, daß der ausgerichtete Gang mit dem vom Jüngern überfahrnen Gang gleiches Streichen habe. Ceterum adnoto, aliis in caſibus ſolum teſtimonium fodinae menſoris vim plenae probationis non habere. Reſponſum ſcabinat. metall. vallis Ioachimici d. a. 1606. in Span 600. Vergurth. nr. 214 Unſern ꝛc. Sprechen endlichen auf die Sechſte Frag vor Recht, wenn ihr mit euerm Gewehrſchlag aufm Sp. Gang nach euerm Gebäud, zum K. zu fortrücket, und möchtet nach einem oder mehr Gäng in vorliegenden Felde überfahren und erbrechen, dieſelben aufnehmen und muten, Es hätten aber andere Gewerken Gäng im Felde oder Gruben nach oder weit, im hangenden oder liegenden, am Tag oder in der Teuffe, und ſie wolten ihre Gänge vor euern aufm Querſchlag erbrochenen Gang anziehen, ſolches aber nicht weiter, als mit Markſcheiderskunſt erweiſen, ſo wehre ſolches nicht genugſam, ſondern ſie weren es auf Erkändtnüß des Bergampts vom Vater her aufm Saalbande zu dem auf Sp. ganz erbrochenen Gang mit offenen Durchſchlägen zu beweiſen ſchuldig V. B. R. W. d. 18. Jan. 1600.

locum controversum perductam esse. Quodsi vero posterior in vena accessoria ad priorem pertinente versari videtur ipsique priori ius suum prioritatis laboribus probandum est, tunc, probatione iuris quadraturae principalis peracta, oportet eum vlterius probationem iuris quadraturae accessoriae suscipere. Scilicet probare debet prior, venam, quam posterior colit, vere intra fines suae, prioris nimirum, quadraturae accessoriae defluere. Haec vero probatio ita institui solet, vt e vena principali concessa, cuius ius iamiam probatum est, specus transversi per saxum laterale (Querſchläge) ad venam, quam posterior suam dicit, quousque fines et ius quadraturae accessoriae pertingant, ad angulum rectum ex vena principali prioris perducantur,[422] atque per eos demum causa controversa extra dubium ponatur.

§. 115.

Certa fatalia temporis, ad quae probationes in aliis iuris civilis capitibus adstrictae esse solent, in hac probatione propter venas venulasve, fossarum, specuum, puteorum ductione, peragenda locum plane habere nequeunt, quoniam per varia saxorum genera, quorum natura non potest praevideri, perrumpendum est, ideoque intra certum temporis modum probatio coerceri nequit, cum saxa alia levi, alia vero non, nisi magno quam diutissime durante labore, vinci possunt, neque angustia putei aut cryptae sinit multos homines simul exscindendis saxis vacare posse, magnum vero spatium aperire, sumtus et quidem sine vlla vtilitate nimium augeret. Nihilo secius tamen, cum haec probatio labore actuali perficiatur, requiritur, vt labor probatorius (die Beweißarbeit) dolose non retardetur, vt potius, quan-

422) Hellpoll. Berg-Bau-Spiegel. Lib. IV. cap. 4. §. 17. Will der ältere auf des jüngern Vierung erlangen, ſo muß das Feld auf beyden Seiten derer Gänge, ſo lange ſich die Vierung erſtreckt, verfahren, und von einem zum andern Gange die Vierung abgelängt ſeyn, daß man augenſcheinlich darzu kommen kann, und wo kein offener Durchſchlag von einem zu dem andern Gange und die Vierung abgelängt iſt, kann dem ältern ſolches zu thun auferlegt werden. Chur-Cöllniſche Bergordn. Part. V. art. V.

quantum fieri potest, acceleretur. Hinc in Saxonia Electorali praescriptum est, vt, nisi impedimenta naturalia obiecta sint, quae celeriorem laborem non permittunt, quotidie is labor saltim singulis octo horis, fossoribus alternantibus, (zu drey Dritteln) peragatur. [423])

§. 117.

Probatione quadraturae seu solius principalis seu principalis et accessoriae per specus apertos peracta, scilicet absoluto integro labore probationis causa suscepto, is, qui, se probasse, affirmat, magistratum metallicum de ea re certiorem reddit, petitque, vt inspectionem ocularem instituat et causam decidat. Hic autem, antea ichnographiam fodinae (einen Grubenriß) ex qua status fodinae et locus controversus geometrica ratione secundum geometriae subterraneae regulas et delineandi modum expressus diiudicari possit, per fodinae mensorem componi et deinde actis inseri iubet. [424])

§. 118.

Post haec denique a descendentibus iudice et aliis eius rei causa convocatis in locum, qui controversiae causam praebuit, inspectio ocularis (die Befahrung auf den Augenſchein) instituitur, ad quam quorum interest, legitime citandi sunt. Fodinae iam visitantur, probatio diligenter, nonnunquam ipsa venae et intervenii recisione, [425]) examinatur, et demonstratio per venas et venulas a termino a quo vsque ad terminum ad quem, perpenditur, registratura desuper con-

423) Mandat wie bey entſtehenden Streitigkeiten in Bergſachen zu procediren §. 22.

424) Ita in Sax. Elect. praescriptum est cfr. mandat laud §. 22.

425) Append. der Bergwerksgebr. im Joachimsthal ad p. IV. art. I. §. 3. Es ſoll auch allewege, ſo Bergmeiſter und Geſchworne Beweiſung befahren, gezeug vorhanden ſeyn, damit ſie zur Nothdurft die Gänge auch behauen mögen.

ficitur, ea vero partibus communicatur et partes litigantes, antequam sententia definitiva feratur, alternatim audiuntur, vt scilicet ratione ipsius probationis, inspectionis ocularis, geometrae, ichnographiae, iudicis et aliarum rerum exceptiones ad rem aptas proponere possint. [426]) Fit hoc scriptis ab vtraque parte iudici exhibitis. In his autem alterutra pars litigantium saepius opponere solet, probantem a sua vena ad aliam transiliisse, [427]) (er ſey mit dem Beweiß auf einen andern Gang geſprungen) propriam vero aut in parte pendente aut iacente dereliquisse, itaque iura prioritatis a vena, cum qua vere connexa sunt, ad aliam extra quadraturam principalem contra ius [428]) transferre voluisse. Quodsi exceptiones magni ponderis sunt, illae scilicet, quae vim probationis labefactare deberent, nova probatio, qua plenius probetur, et exceptiones declinentur, admittitur, dummodo causae, quae obiiciuntur, magistro metallico aut cui commissio in ea re specialis ad iunioris implorationem data est, ineptae non visae sint. Sic repetita inspectione oculari res denuo perpenditur et diiudicatur. Imo potest etiam judex ex officio novam probationem decernere. [429])

426) Mandat wie bey entſtehenden Streitigkeiten in Bergſachen zu procediren, §. 22.

427) Qua quoque exceptione ipsi usi sunt cultores fodinae Fribergensis Weiſſe Schwan und Volleroſe adversus probationem cultorum fodinae Himmelsfürſt in illa lite quam iam saepissime memoravi. Perhibuerunt scilicet Weisseschwanundvollerosnici Himmelsfürstnicos probantes transiliisse a vena dem Schneider Stehenden ad venam aliam matutinam permeantem, quae nomen peculiare non habebat, per quam transgressi essent ad venam den Fabianer Stehenden. vid. Beyträge zur Bergbauk. p. 178.

428) Mandat wie bey entſtehenden Streitigkeiten in Bergſachen zu procediren §. 22.

429) Ibid. §. 22 in medio Herttwich Bergb. ✱ v. Beweiß-Führer §. 4. ***** Cons. Allgemeines Geſetzbuch für die Preußiſchen Staaten T. IV. Part. II. tit. 16. vom Bergwerksregal §. 375.

De reprobatione.

§. 119.

Quod attinet ad *reprobationem* natura negotii, quod in controversia est, eam fieri, rarius patitur. Itaque ea posteriori solummodo eo in casu permitti potest, quando asserit, duas aut plures venas consociatas 430) mox ad se convenire mox discedere, aut, si iunior exceptiones opposuit peremtorias, quae aptae satis sunt, vt admittantur, veluti est haec, quod senior in probando a vena concessa ad alienam transilierit. 431) Peragenda autem ab eo est reprobatio pari omnino modo, ac probatio per laborem actualem, et quidem vel ante sententiam latam, si modo declaraverit, se reprobationem suscepturum fore, 432) vel demum post sententiam publicatam, quippe qua saepe reprobatio verbis expressis permittitur. 433)

De sententia.

§. 120.

Probatione et reprobatione absoluta, et propositis ab partibus litigantibus his, quae, ut dixi, proponere licebat, sententia a dicasterio

430) Ibidem eod. §.

431) Speciatim hac de re disponit Däniſche Bergordn. P. II. art. XXXVII. Wann ſichs zutrüge, daß zwey Gänge zuſammenfielen, und einer den andern zu weichen müßigen und nöthigen würde, der jüngere aber nicht geſtehen wollte, daß der ältere auf ſeinem belehnten Gange legte, ſondern vorgäbe, er wäre davon auf einen andern unbelehnten Gang gefallen, ſo ſoll dem jüngern ſolch ſein Angeben, nämlich daß der ältere von ſeinem belehnten Gang gefallen, und mit demſelben an den ſtreitigen Ort nicht komme, beweislich zu machen, aufferlegt und zuerkannt werden, welches er denn ſchuldig zu thun, und ſoll er ohne das, doch dem ältern zu weichen, bey einer nahmhaften Pön durch den Bergmeiſter und Geſchwornen angewieſen werden.

432) Cfr. Diezius l. c. cap. III. §. 15.

433) Talem sententiam vid. in Beyträge zur Bergbaukunde. Erzählung einer Gangſtreitigkeit etc. §. 29. ad instantiam partium interdum etiam re-

metallico, et in Saxonia nostra quidem vel Fribergensi vel, modo id sigillatim in qualibet causa a Principe Serenissimo permittatur, extraneo petitur. Quae sententia ubi publicata est, adversus eam remedium vel leuterationis vel appellationis, de quarum formalibus mandat. laud. §. 17. et 18. clare disponit, admittitur. Nolo tamen de sententia, eiusque publicatione, neque de forma remediorum verba facere. Ea enim, quae hic exponenda essent, communia sunt omnibus, quae de causa metallica oriuntur, litibus, neque aliquid, quod lucem affunderet causis ex quadraturae iure derivandis, peculiare in se haberent.

De executione.

§. 121.

Quodsi prior in probatione sua deduxerit, posteriorem in quadratura, sive sit principalis sive sit accessoria, versari, posterior per sententiam cedere et venam priori relinquere iubetur. Nunc vero, si ea sententia in rem iudicatam transiit, ad demonstrandum, quousque fines prioris pertingant, quadraturae mensuras fodinae mensor componit atque mensuratione peracta, fines quadraturae saxo inciduntur 434).

probatio, si sententia omissa, rescripto principis indulgeri ſolet. Ejusmodi rescriptum legendum est apud Diezium l. c. §. 13.

434) Berg-Rechts-Spiegel P. II cap. XXX. §. 4. Append. der Bergwerksgebr. in Joachimsth. ad part. II. art. 77. §. 3. Wenn der Markſcheider eine Vierung zulegen will, ſo ſol er am Salbande des Gangs entweder in Hangenden oder Liegenden des Gangs anhalten, und den Gang im Mittel frey ſtehen laſſen. So alsdenn der Elteſte ſeine Vierung zu ſich nehmen und zulegen will laſſen, ſol das ohne Vorwiſſen des Bergmeiſters nicht geſchehn. Derjenige ſo andere Vierung haben will, ſoll für allen Dingen das Feld auff beyden Gängen und ſofern ſich ſeine Vierung erſtreckt, vorfahren, auff daß man augenſcheinlich darzu kommen kann, ohne das kann es dem Marſcheider wohl ſehlen. — So nun die Vierung zugelegt, ſollen zwene Geſchworne neben dem Marſcheider darzufahren, und die Perten ſo dazu gehören auch fördern, alsdann ſoll der Marſcheider in ihrer Gegenwart die Vierung wie ferne ſich die erſtreckt, eröffnen und vorſtuffen. Darbey ſollen die Geſchwor-

Etenim nunc demum posterior e loco controverso discedere obligatur. Namque ante probationem per specus apertos posterior, ut e quadratura discedat, a priori cogi plane nequit [435]). Ita quoque in aprico est, eum, qui posterior ab altero dicebatur, huic non, quin hunc potius illi cedere, aut illum in loco, qui litigiosus erat, permanere debere, si is posterior habitus sententia sit absolutus.

E contrario si causa neque per probationem, neque per reprobationem ad liquidum perduci potuerit, *transactio de loco controverso* aut ipsa *consolidatio fodinarum* (das Zuſammenſchlagen der Gebäude) iterum atque iterum suadenda est, quin imo, si amice inter partes id effici nequeat, a iudice superiore sua auctoritate partibus, ut hoc patiantur, imperari potest [436]). Neque enim haec unica causa est, in qua principem ob utilitatem publicam litem metallicam vi summae potestatis finire oportet. Mandat nimirum etiam, ut nonnullibi legimus, consolidationem, quando vena iunioris, in quadraturam venae senioris incidens, metallis feracissima, (wenn der Gang fündig) vena se-

nen den Jüngern ſich der Vierung zu enthalten Befehl thun, anſtatt des Bergmeiſters. Cons. Chur-Cöllniſche Bergordn. Part. V. art. V.

435) Append. Joachimsth. Bergw. Gebr. p. I. ad art. 12. nr. 8. von Schönberg Berg-Inform. p. I. pag. 49. §. 3. Ehe der Beweiß ordentlich auf den Jüngern gebracht, und mit offenen Durchſchlägen abgetrieben wird, kann der Jüngere mit Recht aus ſeiner Belehnung nicht geſetzt werden. Span Tit. 2. §. 6. tit. 6. §. 1. Berg-Bau-Spiegel lib. 4. cap. 41. §. 1 et 5. Sententia Scabin. metall. Friberg d. a. 1689. in Herttwich Bergb. s. v. Beweiß-Führer §. 3.

436) Exemplum e praefectura metallica Iohann-Georgenstadiensi exhibet Diezius l. c. cap. IV. §. 4. Cons. Bergordnung für das Herzogthum Bayern art. LXV. Sollte nun über allen angewandten Fleiß die Gewißheit der Sachen in den vorigen Fällen nicht erlangt, noch augenſcheinlich gemacht werden können, welcher des Aeltern oder des Jüngern Gang ſey; auch keine beflieſſene Bevortheilung vorhanden, oder die beyden mit einander markſcheidende oder ſchnürenden Zechen zu vergleichen ſeyn; ſo mag von Unſern Bergämtern das Zuſammenſchlagen oder Gemeinſchäftlichmachen ſo bewilligt und erkannt werden, daß jeder Gewerke ꝛc.

nioris vero sterilis est;[437]) quin tunc quoque, si venae senioris et iunioris consociatae ita procurrant, ut non iterum disiungi videantur[438]).

437) Berg = Rechts = Spiegel P. II. cap. XXX. §. 3. not. b in fin. wäre aber Sache, daß des jüngern Gang fündig, und fiel dem ältern der nicht fündig iſt, in die Vierung zu, und beyde Gebäu bauhafftig gehalten, ſo ſollen beyde Zechen zuſammengeſchlagen werden, und eine Gewerckſchaft machen, damit Fried und Einigkeit erhalten, Zank und Unkoſten vermieden bleiben. Chur = Trieriſche Bergordn. art. III. art. 21. Oberpfälziſch. Bergordn. d. a. 1548. §. 25.

438) Berg = Rechts = Spiegel P. II. cap. XXVIII. §. 7. not. Wo aber die Gänge in die Tieffe mit Gewalt zuſammen und nicht von einander wollten, alsdenn ſo ſollen dieſelben 2 Zechen zuſammengeſchlagen werden.

GENEROSISSIMO ATQUE DOCTISSIMO RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

TVVM, *quod mihi obtulisti, opus eruditum pariter ac elegans* TIBI *iam reddo sine vlla paene mutatione. Quandoquidem nihil animum ingenuum negotio vacantem magis oblectat, fractum nihil erigit magis, tranquillum spe felicitatis futurae magis confirmat nihil, quam contemplatio eorum, quae naturae beneficio producuntur, quae facili plerumque negotio invenimus, cum voluptate intuemur, lubenter, si sapimus, admiramur: ego quoque semper eorum consideratione maiorem in modum delectatus sum, atque, cum inter haec a natura effecta fossilia magnam constituant eamque non vltimam partem, id naturali quodam ordine me duxit quoque ad aliquam artis a metallariis exercendae, scientiarumque, quae arcto vinculo cum ea cohaerent, cognitionem. Hinc* TV, *in his rebus versatissimus, cum in hanc vrbem studiorum causa venires, amare me coepisti; inde factum est, vt* TVA *familiaritate, quamdiu in hac Academia summa cum diligentia versareris, vti mihi liceret liberius; hoc effecit, vt, cum nunc, studiorum* TVORVM *rationes publica disputatione reddere, constituisses, me comitem in defendendo* TVO *scripto, cuius argumentum ex isto quidem scientiarum genere petitum est, eligeres. Vehementer sane laetor, quod ex ea iuris parte, quae metallorum regit exercitium, aliquando in hac nostra Academia in publicum prodeat specimen; laetor, quod* TV *edideris tam absolutum opus, tantaque cum industria elaboratum, quod etiam honorem* TVVM *augebit,* TV *enim divisionis quadraturae, eiusque ad rei indolem inprimis accommodatae, primus, quantum ego quidem scio, auctor es,* TV *prae omnibus, qui ante* TE *scripserunt de ea re, quotquot aut legi aut vidi, quam prolixissime hanc tractavisti materiam; laetor denique, propter amorem, quo et* TE *et artem, cuius argumentum aliquod explicuisti, complector, de eo, quod me in certamine erudito, ex quo* TV, *defendens hoc* TVVM

opus, non sine laude discessurus es, comitem esse volueris. At, ingenue fateor, quantumvis Tva *impense me recreaverit humanitas, meas tamen partes in hoc conflictu magnas non fore, auguror. Nam, si in omni scientia sine experientia nihil fiat perfecti, profecto, si consideres omnem artis metallariorum ambitum, vt exercitatus sis in ipsis negotiis agendis, hic inprimis opus est. Mea autem conditio, vt in his rebus experientia sapientior fierem, nunquam patiebatur, eaque, quae ex libris, saepe obscuris, vel pauca alia, quae ex actis iudicialibus ad dicasteria huius loci transmissis habeo, non possunt non esse exigua.* Tv *e contrario omnes scientias, quae metallarium efficiunt perfectum, quarumque numerus non est parvus, edoctus es a Celeberrimis Viris in his rebus peritissimis, vt, vel ex hoc solo magnum inter nos intercedere discrimen, probe sentiam.* Tv *praeterea saepius descendisti in terrae viscera; ego nunquam:* Tibi *omnia aedificia et opera conquirendorum metallorum causa exstructa et composita, in terrae superficie pariter ac infra eam, ita cognita et perquisita sunt, vt etiam, in cryptoporticibus sedens aut cuniculos perreptans,* Te *in cubiculo* Tvo *habitare putes, et, cum intueris micantes in profundissimo terrae loco lapides,* Te *existimes in horto ambulantem; ego vix quaedam superficiaria ex his vidi opera, neque aliter, quam per brevissimum tempus, et iucunditatis magis, quam studii gratia. Quicquid tamen huius rei sit, operis* Tvi *eruditi fidum me habebis defensorem. Premis* Tv *vestigia* Illvstris et Celebratissimi Patris, *quem honorifice nominare commune etiam eruditorum postulat suffragium,* T*aque, quamvis in alio plane artium scientiarumque genere, pari tamen prorsus modo, famam* Tibi *concliare studes. Nam, singularibus a natura ornatus dotibus, viam, quam ingressus es,* Tibi*que proposuisti, strenue et fortiter persequeris, et omnem contentionem ponis in eo, vt, quae* Te *totum cepit, artem ita colas, qui possis eius causa aliquando ad summos duci honores. Faxit* Summus *rerum nostrarum Arbiter, vt optatam contingas metam, et digna capessas diligentiae praemia. Nihil caeterum mihi erit iucundius, nihil prius, quam de* Tva *audire celebritate, atque a* Te *amari. Scr. Wittenbergae Kal. Iul. a. o. r. MDCCCII.*


d
C
q
A
d
A
r

Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Herder, Siegmund August Wolfgang <<von>>,

Diss. matallico-iur. de iure quadraturae metallicae, vom Rechte der Vierung Cum II tab. aen

Vitemberga u.a. 1802

4 Diss. 3866,39

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10977179-7